Ligures in Gallia Cisalpina, h. *Gennenses*, v, 35. — vincuntur a Lælio Lentulo, xx, 8.—rebellant, 17.—eos vincit deque iis triumphat Q. Fabius, ib. — diversi a Gallis Cisalpinis, xxi, 48, 7; xxi, 58; xxvii, 49; xxxix, 2. — in Ligures legati missi ad expostulandum quod Pœnos opibus auxiliisque juvissent, xxii, 33. — eorum auxilia Hasdrubali parata, xxvii, 39. — jungunt se Magoni, xxviii, 46; xxix, 5.— adversus Ligures varia Romanorum bella, xxxii, 29 et seqq. xxxiv, 56; xxxv, 3, 11, 21, 40; xxxviii, 42; xxxix, 1, 32, 45. — Ligures, improviso castra Q. Minucii aggressi, funduntur, xxxvi, 38. — omnes in deditionem veniunt, xxxvii, 2.— circumveniunt et occidunt D. Bæbium prætorem, xxxvii, 57. — hostes perpetui populi Romani, et exercendo militi Romano apprime utiles, xxxix, 1. — cæduntur a Romanis, 32. — castra L. Æmilii, proconsulis, oppugnant et ægre ab eo vincuntur, xl, 25, 28. — dedunt sese et in Taurasinos publico sumptu traducuntur, 38. — rebellant, xli, 12, 18. — Ligures violant legatos Romanos, xlvii, 30. — victi debellantur, 31.

Ligures Alpini, xxviii, 56; xxix, 5. — Apuani, xl, 41. — Celelates, Cerdiciates, xxxii, 29. — Deceates, xlvii, 29. — Ilvates, xxxii, 29.— Ingauni, xl, 25. — montani, xl, 41. Oxybii, xlvii, 29. — Statiellates vincuntur ab M. Popillio consule, xlii, 7. — se dedunt, 8.—venditos senatus jubet redimi, ib.

Ligustini pop. xxxi, 10; xxxix, 21. — Ligustini Ilvates, xxxii, 31. — Ligustini montes, xxxiv, 8. — Ligustinum bellum, xxxv, 4.—scutum, xliv, 35. — Ligustinus ager viritim divisus, xlii, 4.

Sp. Ligustinus, xlii, 34.— ejus

ad populum oratio, ibid. Vid. not. 2.

LILYBÆUM, promontorium Siciliæ occidentale, h. *Capo di Marsella* aut *di Boco*, XIV, 1; XXV, 31; XXVII, 5. — conditum a Pœnis, XIV, 13. — ab iis munitur, 14. — obsidetur a Pyrrho frustra, 15. — ejus nobilis obsidio per decennium, XIX, 1, 3, 16; vid. et 28, 36, 48. — ad Lilybæum pugna navalis, XXI, 50.

LILYBÆUM obsidetur ab Athenione, duce fugitivorum, qui brevi incepto absistit, LXVII, 41.

Limina, ænea in Capitolio posita, X, 23.

LIMNÆA, oppidum Thessaliæ, deditur M'. Acilio consuli, XXXVI, 14.

LINGOS, mons ad fines Epiri, Thessaliæ et Macedoniæ, XXXII, 13.

LINGONES, in Gallia Cispadana (quorum oppida fuere Faventia, Mutilum, Ravenna, etc.) cum Boiis pellunt Etruscos et Umbros agro, V, 35; vid. et CVII, 53.

Lingua ab irrisu exserta, VII, 10.

Linteata legio Samnitium, X, 38.

Linteus thorax, IV, 20, 5.

Lintei libri, IV, 7, 13, 20, 23; X, 38.

Lintea in vela conferunt socii, XXVIII, 45.

LINTERNUM s. rectius Liternum, oppidum Campaniæ inter Cumas et Vulturnum, hod. *Torre di Patria*, ad Liternam paludem, hodie *Lago di Patria*, et ad ostium Literni fl. XXIII, 35. — ejus arenæ, XXII, 16. — eo colonia deducta, XXXII, 29; XXXIV, 45. — in Liternum secedit Scipio Africanus, ibique moritur, XXXVIII, 52, 53; XLV, 38.

Lintribus utuntur pedites in trajiciendo Rhodano, XXI, 27.

LIPARA urbs obsidetur et capitur, XVIII, 45.

LIPARÆ insulæ seu Liparenses, Æoliæ, Vulcaniæ, Hephæstiades, Plotæ, circa Siciliam, in latere septemtrionali (ut Ægates in occidentali) sitæ, hodie *Isole di Lipari*, quarum maxima fuit Lipara, hodie *Lipari*, XXI, 49.

LIPARENSES piratæ, V, 28; vid. et XVIII, 46.

LIRIS, olim Clanis seu Glanis dictus, hod. *Garigliano, Gariglione*, fluvius Latium a Campania dirimens, X, 21; XXVI, 9, 34.

LISINÆ, urbs Thessal. XXXII, 14.

LISSII agros suos a Dalmatis vastari nuntiant, XLVII, 13.

LISSUS, Lissum, Dalmatiæ oppidum, hod. dictum *Alessio*, XLIII, 20; XLIV, 30.

LITABRUM, oppidum in Hispania munitum et opulentum, vineis expugnat C. Flaminius, XXXV, 22.

LITANA, silva in Gallia cisalpina, XXIII, 24. — in ea exercitum L. Postumii consulis delent Galli, ibid. — ad eam octo millia Gallorum cæsa, XXXIV, 22, 42.

Litatio ac perlitatio in sacrificiis, XLI, 15.

LITAVICUS, dux Æduorum, suos ad defectionem sollicitat, CVII, 62 et seqq.

Literæ laureatæ, V, 28; XLV, 1.

Literas attulit in Latium Evander, I, 7.

LITERNUM; vid. Linternum.

LITERNUS seu Glanis et Glanius, hodie l'*Agno*, Campaniæ fl. inter Capuam Cumasque in mare fluens, XXXII, 29.

LITUBIUM, oppidum Ligurum, se dedit Romanis, XXXII, 29.

Lituus augurum, baculus sine nodo aduncus, I, 18.

LIVIÆ fortuna et grave periclum, CXXVI, 33, 34. — eam ducit Octavianus Cæsar, priore marito nuptum eam dante, CXXVIII, 3, 4. — in sinum ejus lauri ramulus cum gallina

alba delabitur, 37.—Liviæ et Juliæ comitatus dispar, CXXXVI, 41. — mortem filii Drusi fert fortiter, CXL, 8.

Livius, poeta, ab saturis ausus primus argumento fabulam serere, VII, 2; XXVII, 37.

C. Livius Salinator pontifex creatur in M'. Pomponii Mathonis locum, XXVI, 23. — ædilis curulis, XXIX, 38. — prætor cum cognomine Salinatoris, XXX, 26. — sortitur Bruttios, 27. — præest equitibus alariis in pugna adversus Boios, XXXV, 5. — petit consulatum, sed repulsam patitur, 10. — moritur (si idem est ut videtur), XLIII, 11.

C. Livius Salinator creatur prætor, XXXV, 24. — sortitur classem, XXXVI, 2. — lustrat classem, XXXVI, 42. — Samen Zacynthumque populatus, pervenit Piræeum, ibid. — ei occurrit Eumenes cum tribus navibus, ibid. — trajicit Delum, ib. — Deli retinetur ab adversis ventis, 43. — vincit classem Antiochi, 44, 45.—Ilii sacrificat Minervæ, XXXVII, 9. — capit Seston, ib. — oppugnat Abydum, ibid. — obsidionem relinquit 12. — tradit L. Æmilio Regillo classem, 14. — censet obstruendum esse exitum portus Ephesini, ib.— in Lyciam missus, fugat Lycios, 16. — legatus ad Prusiam, Bithyniæ regem, missus, eumdem revocat ad consilia pacis, 25. — creatur cons. XXXVIII, 35.

C. Livius Mamiliani F. M. N. Drusus creatur consul, L, 37. — movet irritum cum Scipione collega certamen de provincia Africa, ibid.

L. Livius, trib. pl. intercessionem pro Postumio tentat, IX, 8.

M. Livius Drusus, tribunus plebis, adversarius C. Graccho collegæ a senatu paratur, LX, 70. — hic, auctore senatu, plura largitur populo, quam C. Gracchus, 71.—ejus modestia et justitia, 72. — consul, contra Scordiscos prospere pugnat, LXIII, 31.

M. Livius Drusus, tribunus plebis, agrarias aliasque ad delinendam plebem leges promulgat, LXX, 57. — ejus largitiones, LXXI, 9.— plebem devincire studet, 11. — agrarias frumentariasque leges promittit, 14. — et perfert, 20. — in cudendis nummis argento partem æris octavam miscendi auctor est, ib. — ejus lex judiciaria equites offendit, 21. — et Patres, 22. — Q. Cæpio ejus adversarius, 23.— ejus ingenium bonis malisque mixtum, 25. — ejus vitia, 26. — dicta incivilia, 27. — morbus sponte contractus, 28. — insidiis petitur, 33. — domi suæ occiditur, 34. — vox ejus pulcherrima, 35. — ejusdem leges abrogantur, 37.

M. Livius L. F. Drusus Libo, consul, CXXXVI, 51.

M. Livius Salinator, cos. XX, 58. — quidam scriptores eum de Illyriis triumphasse tradunt, 63. — accusatus post consulatum et damnatus, urbem relinquit, XXIX, 37.— consul legatus Carthaginem missus, XXI, 18. — octavo post damnationem anno reducitur a consulibus in urbem, XXVII, 34. — pro cognato, M. Livio Macato, dicit in senatu, ibid. — ad secundum consulatum pæne invitus protrahitur, ibid. — ægre se reconciliari patitur cum Nerone collega, 35. — iræ plenus adhuc in cives proficiscitur ad bellum, 40. — egregia ejus victoria de Hasdrubale, 46-49. — triumphat, XXVIII, 9 — dictator creatur, 10.— ei in annum prorogatum imperium, ibid. — Volonum exercitum in Galliam ex Etruria traducit, XXIX, 5. — ei prorogatur imperium, 13. —

creatur censor, 37. — Salinatoris quare cognomen invenerit? ibid.— pravum ejus certamen cum collega Nerone, ib. — præter tribum Mæciam populum Romanum omnem, quatuor et triginta tribus, ærarios relinquit, ibid. conf. et XXXVI, 36; XXXIX, 3.

M. LIVIUS Macatus Tarentum tuetur, XXIV, 20. — urbe capta ab Hannibale, in arcem confugit, XXV, 10. — arcemque ipse defendit, 11, XXVI, 39.—de eo certamen in senatu, XXVII, 25.

M. LIVIUS Denter, consul, X, 1. — eo consule, Æquicum bellum redintegratum, ib. — creatur pontifex inter primos e plebe, 9. — præit verba devotionis P. Decio, 28. — proprætor, 29.

M. LIVIUS Macatus, XXVII, 34.

T. LIVIUM quæ causæ ad res populi Romani scribendas impulerint, *Præf. lib.* I. — quo tempore vixerit, IV, 20; XXVIII, 12. — cur sequatur Polybium, XXXIII, 10.

T. LIVIUM abolere Gregorius papa voluisse memoratur, LXXI, 4. — *De reliquiis quæ ad T. Livium spectant, vid. præfationem* Creverii.

Locata ædes Salutis a censore redemptoribus, IX, 43.—alia ædificia et opera publica, V, 23, 6; VI, 4, 4; XXIII, 48, 49; XXIV, 18; XXXVI, 36; XXXVIII, 28.

Loca et lautia legatis decreta, XXVIII, 39; XXX, 17; XXXIII, 24; XXXV, 23; XLII, 26. — locorum divisio in spectaculis, I, 35; XXXIV, 54. — locis sanctitate insignibus etiam adficta miracula, XXIV, 3.

LOCRENSES in Italia, XIX, 34; XXIII, 30; XXIX, 6, 9.

LOCRENSES in Græcia restituti Ætolis, XXXIII, 34. — grave bellum cum Crotoniensibus gessere, XXIX, 18.

LOCRI (Epizephyri ad Zephyrium promont. h. *Capo Bursano*), in Bruttiis, XXIX, 18.—Locri deficiunt ad Romanos, XIV, 8.—apud eos fanum, in quo thesauri Proserpinæ, quos diripit Pyrrhus, 23; XXIX, 18.—deficiunt post Cannens. cladem ad Pœnos, XXII, 61; XXIII, 30; XXIV, 1. — oppugnantur a Crispino, XXVII, 25. — recipiuntur a Scipione, XXIX, 6, 7. — qui iis Pleminium præfectum imponit, 8.— in eos impotenter sævit Pleminius, ib. et 9. —eorum querelæ per legatos delatæ ad senatum, 16, 17, 18.—libertas iis legesque suæ restituuntur a senatu, 21; XXXI, 12.

LOCRIS in Hellade, XXVI, 26; XXVIII, 6.

Locustarum vis ingens, ita ut, unde advenissent, parum constaret, circa Capuam omnem agrum complevit, XXX, 2, XLII, 2. — earum tantæ nubes a mari vento in Apuliam illatæ, ut examinibus suis late agros operirent, XLII, 10.—vastant Africam; vivæ, exedendo herbas frugesque; mortuæ, pestilentiam excitando, LX, 18, 19.

LOLLIUS Samnis latrocinia facit, XV, 6.

LOLLII cujusdam improbitas et fatum, LXXXVIII, 24, 25.

M. LOLLIUS M. F. consulatum aliquantisper gerit solus, CXXXVI, 18. — ex senatusconsulto probat pontem Fabricium, 21. — superat Germanos, 44, 47.

LONGARUS, Dardanorum princ. bellum cum Demetrio, Philippi regis patre, gessit, XXXI, 28.

LONGULA, oppidum Volscorum, II, 33. — a Coriolano Romanis adimitur, 39; IX, 39.

LONGUNTICA, oppidum Hispaniæ Tarrac. XXII, 20.

Lora, detractæque scutis pelles,

in usum cibi versa, XXIII, 19.

LORACINA, Latii fl. XLIII, 6.

Loricati equites, XXXV, 48; XXXVII, 40. — Saliis æneum pectoris tegimen v. semilorica s. pectorale fuit, I, 20, 6.

LORYMA, Cariæ portus, XXXVII, 17. — viginti paullo amplius millia ab Rhodo abest, XLV, 10.

LUA mater, VIII, 1. — ei arma cæsorum Volscorum data a consule, ibid.— eique dicata spolia hostium, XLV, 33.

LUCA, Etruriæ oppidum, (hodie *Lucca*), XXI, 59. — eo colonia deducta, XLI, 13.

LUCANIA, XII, 20. — Lucaniæ situs, LXXII, 42.

LUCANI (inter Silarum et Laum fluv. in Lucania, hodie *Basilicata*) pugnant cum Samnitibus adversus Alexandrum Epirensem, VIII, 17. — recipiuntur a Romanis in fidem, 19. — fœdere in amicitiam accipiuntur, 25. — deficiunt fraude impulsi, 27. — in eorum regionem transeunt exercitus Romani, IX, 20. — Lucanorum oratores petunt in amicitiam Romanorum recipi, X, 11. — fœdus cum iis ictum, 12. — eorum seditio comprimitur, 18.—cur petiti bello, XI, 28. — vincuntur a Fabricio, XII, 6. — arma jungunt cum Pyrrho, XIII, 11.—a Fabricio vincuntur, 51. — vastati a P. Cornelio Rufino consule, XIV, 5. — de iis triumphat Curius, 34.—domantur a Papirio Cursore consule, 40. — deficiunt ad Pœnos, XXII, 61.— eorum legiones sæpe fusæ ab Alexandro Epirensi, VIII, 24. — Lucanorum aliquot ignobilia oppida expugnat Ti. Sempronius consul, XXV, 1. — qui in Lucanis perit, 16. — dedunt se Romanis, XXVII, 15; XXVIII, 11. — accedunt partibus Sullanis, LXXX, 2.

LUCANUS exsul veruto transfigit Alexandrum Epirensem, VIII, 24.

LUCANI montes, IX, 17.

C. LUCCEIUS Hirrus, trib. plebis, rogationem promulgat de Pompeio dictatore creando, CVII, 14. — Camerino fugiens, jungit copias cum Vibullio, CIX, 57.

L. LUCCEIUS, historiarum scriptor, cum Cæsare paciscitur de consulatu, CIII, 77.

Q. LUCCEIUS, historiarum scriptoris pater, adjuvat Cosconii victoriam de Samnitibus, LXXV, 21.

LUCERES, tribus antiqua, I, 13; X, 6. — equitum centuria, I, 13, 36.

LUCERIA, oppidum Apuliæ, hod. *Lucera*, IX, 2, 12; XXII, 9; XXIII, 37; XXIV, 3. — in ea servati obsides Romanorum, ad Caudium dati Samnitibus, IX, 12.—obsessa et capta a Roman. 15. — amissa et recepta, 26. — colonia eo deducta, ibid.— oppugnatur a Samnitibus, X, 35.

LUCERINI, IX, 2.—ad Lucerinum finem pugnatum cum Samnitibus, duce Atilio consule, X, 35. — ob servatam fidem a Romanis laudantur, XXVII, 10.

LUCILIUS Lucinus se pro Bruto capi sinit, CXXIV, 22.—in amicitiam recipitur ab Antonio, ibid. — eique fidus ad extremum comes adhærescit, CXXXIII, 27.

SEX. LUCILIUS, trib. pl. resistens Carbonis actionibus, de saxo Tarpeio dejicitur, LXXXIV, 3.

LUCINIA; vid. Licinia.

LUCRETIA, uxor Collatini, I, 57. — stuprum ei per vim oblatum a Sex. Tarquinio, 58. — illa vocat patrem et virum, ac cultro se occidit, ibid.

LUCRETIUS ædilis in flumen (Tiberim) projicit cadaver Gracchi, unde cognomen familiæ datum, ut

Vespillones vocarentur, LVIII, 6.

C. LUCRETIUS, duumvir navalis, XL, 26.

C. LUCRETIUS Gallus creatur prætor, XLII, 28.—sortitur provinciam quo senatus censuit, 31.— ei decernitur classis, 35, 48. — acerbæ ejus injuriæ in Græcos, XLIII, 4, 6, 7. — accusatur et damnatur, 8.

HOSTUS LUCRETIUS Tricipitinus, consul, IV, 30.

L. LUCRETIUS Flavus, consul, vincit Æquos acie, V, 29. — tribun. militum consulari potestate, 32. — adversus Volsinienses profectus, eos vincit, ibid.

L. LUCRETIUS Tricipitinus, cons. ingentem Volscorum multitudinem fundit, III, 8. — cum ingenti præda Romam redit, et de Volscis Æquisque triumphat, 10.

L. LUCRETIUS Tricipitinus, trib. militum consulari potestate, VI, 4. — iterum, 21. — tertium, 22.

L. LUCRETIUS, quæstor, per insidias interceptus, traditur venienti in Ligures Hannibali, XXI, 59.

M. LUCRETIUS, tribunus plebis, XXVII, 5.

M. LUCRETIUS, tribunus plebis, XLII, 19. — a fratre prætore præmissus, naves a sociis ex fœdere exigit, 48. — cum classe Chalcidem petit, 56.

P. LUCRETIUS, consul, II, 15.

P. LUCRETIUS, præfectus Urbis, differt actiones tribunitias in adventum consulum, III, 24.

P. LUCRETIUS Tricipitinus, trib. militum consulari potestate, IV, 44. — iterum, 47.

Q. LUCRETIUS Ofella Prænestinæ obsidioni a Sulla præficitur, LXXXVII, 8. — jussu Sullæ ab L. Bellieno in medio foro occiditur, LXXXIX, 13.

Q. LUCRETIUS, senator, Sulmonensium præfectus, adveniente Antonio de muro se dejicit et effugit, CIX, 62.

Q. LUCRETIUS, proscriptus, servatur ab uxore, CXX, 45.— consul creatur, CXXXVI, 30.

SP. LUCRETIUS, Lucretiæ pater, I, 58. — præfectus Urbis a rege relictus, 59. — suffectus Bruto, non sufficientibus viribus ad consularia munera obeunda, intra paucos dies moritur, II, 8.

SP. LUCRETIUS, ædilis plebis, creatur prætor et sortitur Galliam, XXVIII, 38. — ei prorogatum imperium, XXIX, 13. — rursumque, ut Genuam oppidum, a Magone Pœno dirutum, exædificaret, XXX, 1. — mittitur legatus in Africam, XXXI, 11.

SP. LUCRETIUS, prætor, XLII, 9. — occupat castella circa Tempe, XLIV, 7. — in Syriam legatus mittitur, XLVI, 25.

T. LUCRETIUS Carus, poeta nobilis, nascitur, LXX, 33.

T. LUCRETIUS, consul, II, 8. — Etruscos cædit, 11. — iterum cos. creatur, 16.

LUCRINUS lacus, CXXVIII, 30.

Luctus triginta diebus finitus post Cannensem cladem, XXII, 56. — publici forma et indicia, III, 27; IX, 7; XXV, 37; XXVI, 9; XXXIV, 7; XLIII, 16.

LUCULLUS; vid. Licinius.

M. TERENTIUS Varro Lucullus, consul, XCIV, 25. — ejus gesta in Thracia, XCVII, 16, 17. — triumphat de Bessis, ibid.

LUCUMO, potens divitiis, commigrat Romam, I, 34. — ejus pater Damaratus, ib. — ejus uxor Tanaquil, ibid. — ei, carpento sedenti, aquila pileum aufert et rursus capiti reponit, ib.—vocatur L. Tarquinius Priscus, ibid. Vid. L. Tarquinius Priscus.

LUCUMO, juvenis præpotens, cor-

rumpit uxorem Aruntis Clusini, v, 33.

Lucus, quo se Numa, velut ad congressum Deæ, sine arbitris conferebat, sacratus Camenis, I, 21.— Dianæ, XXVII, 4. — Ferentinæ, ad quem concilia Latinorum populorum habita, I, 50, 52; VII, 25. — Feroniæ, XXVI, 11; XXVII, 4. — Junonis Laciniæ, XXIV, 3. — Junonis Sospitæ, VIII, 14. — Maricæ, XXVII, 37. — Petelinus, VI, 20; VII, 41. — Similæ, XXXIX, 12. — Luci fanaque sacrosancta, XXXV, 51.

Ludi a Romulo editi, I, 9. — a Tarquinio Prisco, qui deinde solemnes annui mansere, Romani Magnique varie appellati, I, 35.— a prætoribus urbis, XXVII, 23.—ab ædilibus plebeiis et curulibus, VI, 42. — voti a dictatoribus, V, 19; VII, 11, 15. — a consulibus, XXXI, 9; XXXVI, 2. — a variis imperatoribus, XXVIII, 45; XXXI, 49; XXXIX, 22; XL, 44, 45. — religionis causa, XXXIX, 22. — belli causa, XXII, 9, 10; XXVII, 33; XXX, 27.—concordiæ causa, IV, 12; VI, 42.—pestilentiæ avertendæ causa, VII, 2; XXVII, 23. — non vovendi inconsulto senatu, aut privato sumptu faciendi, XXXVI, 36. — ludi Apollinares, eorumque origo, XXV, 12. — eos populus coronatus spectavit, ibid. XXVI, 23; XXVII, 11. — in perpetuum voti, XXVII, 23. — circo inundato, extra portam Collinam, ad ædem Erycinæ Veneris parati, XXX, 38.—Apollinaribus ludis ante diem quintum Idus Quintiles solis eclipsis, XXXVII, 4. — Capitolini, V, 50.—Circenses, XXX, 27; XLIV, 18. — Consualia, I, 9. — Floralia, XX, 1. — Funebres, editi a Scipione, XXVIII, 21, 45.— Ludi funebres, per quatriduum in foro, mortis M. Valerii Lævini causa, a filiis ejus facti, in quibus quinque et viginti paria gladiatorum, XXXI, 50; vid. et XLVI, 43. — per triduum a filiis M. Æmilii Lepidi, XXIII, 30. — Gladiatorii, XVI, 42; vid. Gladiatores. — funeris P. Licinii causa, XXXIX, 46.—Jovi Opt. Maximo per X dies facti, XLII, 20. — Isthmii, XXXIII, 32. — Magni ex instauratione Romæ parati, II, 36. — tumultus causa voti, IV, 27. — a Camillo voti, V, 19.—ex auctoritate Patrum voti a dictatore, VII, 11. — voti æris trecentis triginta tribus millibus, trecentis triginta tribus, triente, XXII, 9, 10. — in quinquennium a M. Æmilio et a T. Manlio Torquato voti, XXV, 1; XXVII, 33; XXX, 2, 27. — voti a consule Acilio Glabrione, XXXVI, 2. — ludi Megalesia, XXIX, 14; XXXIV, 4. — Nemei, XXVII, 30 et 31.—Olympici, XXVII, 35.—Plebeii ab ædilibus plebis instaurati, II, 36, 1; XXXII, 7. —in unum diem, XXVII, 21; XXVIII, 10; XXXIX, 7. — per biduum, XXV, 2; XXVII, 36; XXIX, 38; XXXIII, 42. — ter, XXIII, 30; XXV, 2; XXX, 26; XXXI, 4. —quinquies toti, XXXVIII, 35. — septies, XXIX, 11; XXXIII, 25. — Romani, etiam Magni et Maximi dicti, I, 35; II, 36, 1; VI, 42. — magnifice facti, XXV, 2; XXXII, 7. — instaurati, II, 36, 1. — ab ædilibus curulibus instaurati, XXXII, 7. — diem unum, XXV, 2. — semel, XXVII, 6, 21, 36; XXX, 26; XXXIX, 7. — per biduum, XXIX, 38.—per triduum, XXIII, 30. — ter toti, XXVIII, 10; XXIX, 11; XXXIII, 25, 42; XXXVIII, 35. — quater, XXXII, 27. — seculares, XIX, 31; XX, 9; CXXXVI, 46. — Maximi ab ædilibus curulibus acti, die uno ad triduum adjecto, VI, 42. — Scenici, quando primum instituti et quare? VII, 2. — a satyra ad fabulas traducti, XX, 1. — per quatriduum primum fa-

cti ab ædilibus curulibus, xxiv, 43. —magnifice apparateque facti, xxxi, 4. — Sæculares seu Terentini Epit. xlix.—Taurilia, xxxix, 22.—ludorum solemnia intermitti, nefas, v, 1.—ludi ab ædilibus ex mulctaticia pecunia facti, x, 23. — ludorum causa epulum Jovis, xxv, 2; xxvii, 36; xxix, 38. — in ludis senatoria loca secreta a populo, xxxiv, 44, 54.—ludorum sumptus graves, non modo Italiæ ac sociis Latini nominis, sed etiam provinciis externis, circumscripti, xl, 44, 7. — sumptuum in ludos vix tolerabilis opulentis regnis insania, vii, 2.— magnificentia ludorum C. Claudii, ædilis curulis, lxix, 44. — Sullæ prætoris, lxx, 35. — Scauri, civ, 42, 43. — ludi primum de incerta pecunia voti, xxxi, 9. — injussu senatus voti (ob frivolam hanc causam), non fiunt de ære publico, xxxvi, 36. — pontifices negant pertinere ad religionem, quanta impensa ludi fiant, xxxix, 5. — ludos ob res bene gestas quando primum coronati spectaverint? x, 47. — in iis pravum vulgi studium, xlii, 63.

Ludi literarum in tabernis in foro, iii, 44. — strepunt discentium vocibus, vi, 25.

Ludiones, ex Etruria acciti, vii, 2.—eorum convivalia oblectamenta quando primum Romæ addita epulis? xxxix, 6.

Luerii, Arvernorum regis, opes, lxi, 7.

Lugduni origo, cxix, 46.

Lugdunensis provincia, ciii, 138 et 142.

Lugdunensis ara, ciii, 148.

Lunæ in defectu crepitus æris nocte silente cieri solet, xxvi, 5.— lunæ eclipsis prædicta a C. Sulpicio Gallo, tribuno militum, xliv, 37.— lunæ ædes in Aventino, xl, 2.

Luna, Etruriæ oppidum aut Liguriæ, ad Macram fl. h. *la Magra*, xxxix, 21; xliii, 9. — colonia, xli, 13. Vid. not. 3. — Lunæ portus, xxxiv, 8; xxxix, 21, 32.

Lunensem agrum depopulantur Ligures, xxxiv, 56. — Lunensium et Pisanorum de agris controversia, xlv, 13.

Lupa mammas Romulo et Remo præbet et lingua pueros lambit, i, 4. — simulacra infantium, conditorum Urbis, sub uberibus Lupæ posita, x, 23.

Lupercal, i, 5.

Lupercalia, cxvi, 32.

Luperci, cxvi, 31.

Lupus in Gallia vigili gladium, e vagina raptum, abstulit, xxi, 62; vid. Prodigia. — Martius, x, 27.

Lupi ferrei in oppugnantes urbem injecti, xxviii, 3. — lupi pellis pro caduceo, xlviii, 5.

Luporum simulacrum, xxii, 1.

Lupus, viri cognomen; vid. L. Cornelius Lentulus et Rutilius.

M. Lubius pellit Menam, mox ipse fugere cogitur, cxxvii, 26.

Luscinus, regulus Hispaniæ ulterioris, xxxiii, 21.

L. Luscius, centurio Sullanus, damnatur, cii, 18.

Lusitania, hod. *Portugallia*, xxi, 43; xxvii, 20.—Lusitaniæ montes, xxi, 43.

Lusitani vincuntur a P. Cornelio Scipione, cæsis duodecim millibus, xxxv, 1.—cædunt Romanos, xxxvii, 46. — funduntur a L. Æmilio Paullo, cæsaque sunt decem et octo millia armatorum, xxxvii, 57.—et sex millia a C. Atinio prætore, xxxix, 21. — de Lusitanis triumphat C. Calpurnius Piso prætor, xxxix, 42. — iis subactis, triumphat L. Postumius Albinus, xli, 3, 11.—adversus eos male rem gerit Sergius

Galba prætor, XLVIII, 24. — eos vincit Lucullus, 28. — in eos perfidum et crudele Galbæ facinus, 29. — rebellant, Viriatho duce, LII, 24, 25. — legatos mittunt ad Rom. imperatorem, ib. et seqq. vid. Viriathus; vid. et LVI, 5, 6; LXV, 16; LXIX, 48.

C. LUSIUS, tribunus militum, a milite quem de stupro appellaverat, interficitur, LXVII, 24. — miles absolvitur, 25.

Lustratio exercitus apud Macedonas, XL, 6.

Lustrata Urbs, XXI, 62; XXXV, 9; XLII, 20; XLV, 16.

Lustratum oppid. a decemviris, XLII, 20.

Lustrum, propter Capitolium captum et occisum consulem, condi religiosum est, III, 22.—conditum ab utrisque censoribus, X, 9.—ab altero eorum, cui id sorte obvenerat, XXXVIII, 36.—serius conditum, XXIX, 37.

Lustra varia, I, 44; III, 3, 24; X, 9, 47; XIII, 35; XVI, 40; XX, 24; XXVII, 36; XXIX, 27; XXXV, 9; XXXVIII, 36; XLII, 10; XLVIII, 1; LIV, 8; LXIII, 4; LXV, 31; LXVIII, 34; LXX, 16, 40; LXXIV, 57; LXXXII, 59; XCVIII, 29.

LUTARIUS, Gallorum regulus, XXXVIII, 16.

C. LUTATIUS Catulus, cos. XIX, 53. — ejus progressus et vulnus, 54. — victoria ad Ægates insulas, 55-58. — de hac victoria vide quæ enarrantur XXI, 10, not. 8; conferatur etiam lib. XXII, 14, not. 12. — dat pacem victis Pœnis, 59, 61. — triumphat, 65. — ejus contentio cum Q. Valerio prætore, ibid.

C. LUTATIUS, triumvir coloniæ deducendæ, a Boiis comprehenditur, XXI, 25. — post sextum decimum annum servitute eximitur a Servilio consule, XXX, 19.

CN. LUTATIUS Cerco, XLII, 6.

Q. LUTATIUS Catulus, cos. bellum contra Cimbros parat, LXVIII, 2. — ei prorogatum imperium, 43. — se munit in saltu Tridentino, 47. — ejus stratagema, 53. — ejus opera insignis in prælio adversus Cimbros, 59-73. — triumphat, 76. — ejus humanitas, 80. — et interitus, LXXX, 45.

Q. LUTATIUS Cerco, XIX, 62. — eo consule pax data Pœnis, XXX, 44.

Q. LUTATII Catuli vox libera ad Sullam, LXXXVIII, 20. — cos. creatur Catulus cum M. Lepido, XC, 1. — collegam tumultuantem reprimit, 8, 13. — ejus moderatio in victoria, 17. — princeps senatus legitur, XCVIII, 29. — dedicat templum Jovis Capitolini, 31. — ejus contra Gabinii legem oratio, XCIX, 22. — judicium populi Romani de eo, 28. — ejus vox nobilis de Cæsare, CII, 14. — censura ejus, 15, 16. — in eum Catonis asperitas, 17. —pontificatum petens, superatur a Cæsare, 98. — vexatur a Cæsare, CIII, 1. — defenditur ab optimatibus, 2. — ejus de judicio Clodiano dictum, 34.— mors, ib.—somnium de Augusto, 35.

LUTERIUS Cadurcus occupat Uxellodunum, CVIII, 20, 21. — vinctus mittitur ad Cæsarem, 26.

LUTIA opprimitur a Scipione, LVII, 34.

Luxus Romam invectus e Græcia et Asia, XXXIV, 4. — inpr. a Cn. Manlio et ab exercitu Asiatico, XXXIX, 6. — luxus et ignavia Hispanici exercitus corrigitur a Scipione, LVII, 3, 4.—Romæ coercetur a censoribus, XXXIX, 44; LXXIV, 58; vid. CIX, 20.—luxus legibus potentior, LXIV, 52-54.—invalescit Romæ,

LXX, 8, 9; CV, 26, 27. — luxus in castris et exercitu Antiochi Sidetæ, LIX, 59.

LYCAONIA, XXXVII, 54.—donatur Eumeni, XXXVIII, 39.

LYCEUM Athenis incensum a Philippo, XXXI, 24.

LYCEUS Pan (rectius Lycæus), I, 5.

LYCHNIDUS, opp. Dassaretiorum in Illyrico Maced. hod. *Lœrida in Albania*, XXVII, 32; XLIII, 9, 10 et 21.

LYCIA in Asia Minore, pars hod. *Caramaniæ*, XXXIII, 41; XXXVII, 15. — ejus caput, Patara, XXXVII, 16.

LYCII fusi fugatique a Romanis, XXXVII, 16. — attributi Rhodiis, XXXVIII, 39. — queruntur de crudelitate Rhodiorum, XLI, 6. — vexantur bello ab Rhodiis, 25. — jubentur esse liberi, XLIV, 15.

LYCISCUS, Ætolorum prætor, XLII, 38.—crudelis homo et fautor Romanorum, XLV, 28.

LYCO Achæus, præfectus Ætolorum et Bœotorum in Persei exercitu, XLII, 51.

LYCOMEDI sacerdotium Comanorum tradit Cæsar, CXIII, 8.

LYCON, opp. Hispaniæ, XXXVII, 46.

LYCORTAS, Megalopolitan. XXXV, 29. — pater Polybii, princeps legationis Achæorum ad Romanos, XXXVIII, 32, 2. — prætor Achæorum, indicit concilium, XXXIX, 35. —ejus ad Appium Claudium oratio, 36.

LYCURGI disciplina, cui per septingentos annos adsueverant Lacedæmonii, abrogatur a Philopœmene, XXXVIII, 34; XXXIX, 33, 37.

LYCURGUS, tyrannus Lacedæmoniorum, XXXIV, 26.

LYCUS in Dassaretiis Illyrici, XXXII, 9; XXXIII, 34.

LYDIA in Asia Minore donatur Eumeni, XXXVIII, 39.

LYDI vox Germanica, LXXII, 34.

LYGIORUM sedes, CIV, 20.

LYNCESTÆ, Macedoniæ populi, XLV, 30. — eorum regio Lyncestis, et oppid. Lyncus vocatur, XXVI, 25; XXXI, 33.

LYSIAS procurationem regni Syriæ invadit, XLVI, 24, 25.—auctor interficiendi Cn. Octavii, 29.—occiditur a militibus, 39.

LYSIMACHIA, oppidum Ætoliæ, XXXVI, 11. Vid. not. 3.

LYSIMACHIA, oppidum Thraciæ, in Isthmo Chersonesi Thracicæ, XXXII, 33, 34; XXXIV, 57; XXXVI, 33; XXXVII, 35; XXXVIII, 40.—diripitur et incenditur a Thracibus, XXXIII, 38, 40. — eam restituere cupit Antiochus, ib. — ut Seleuco filio eam det regni sedem, 40; XXXV, 15.

LYSIMACHUS, rex Thraciæ victus a Seleuco, XXXIII, 40, not. 5 et 7.

LYSIMACHUS, Philippi amicus, in consilium ab eo adhibetur ad judicium Demetrii, XL, 8.

LYSINOE, Pisidiæ opp. XXXVIII, 15; N. 4.

LYSIS, fluvius Ioniæ, XXXVIII, 15.

M

MACATUS; vid. Livius.

MACEDONIA, hod. *Macdonia* seu *Fitiba Wilajeti in Arnauth. Wilujeti*, I, 1; IX, 18. — etiam Illyricum et Epirum comprehendebat, XXXV, 24, 3.—ademptam Demetrio, tenet Pyrrhus, XIII, 43. — sed Pyrrho vi extorquet Lysimachus, ibid. — ei denuo inhiat Pyrrhus, XIV, 41. — Macedoniam populantur Dardani, XXVII, 33. — tota se dedit Æmilio Paullo, consuli, XLIV, 45. — de Macedonia senatusconsultum, XLV, 18.

— ei libertas datur, 29.—dividitur in quatuor regiones, ibid. et 30. — brevi tota a Pseudo-Philippo occupatur, XLIX, 59, 60.—ab altero Pseudo-Philippo turbatur, LIII, 29. — vastatur a Thracibus, LXXXI, 49. — eam incursant finitimi, CIII, 103.—Macedoniæ descriptio, LXII, 59.—Cf. Illyricum.

MACEDONES, VII, 26; XIV, 34.— ei pugnæ generi adsueverunt, ut equites in vicem refugiant et insequantur, XXXI, 35. — tradentes se erigunt hastas, XXXIII, 10.—eorum legio in Hannibalis exercitu, XXX, 33; vid. Philippus.—eorum legati, in senatum introducti, queruntur de M. Aurelio, XXX, 42. — Macedonum exercitus cum Romanis comparati, IX, 19. — gentis nobilitas, XXXI, 1. — Macedonici belli causæ cum Philippo, I, 5. — item cum Perseo, XXXIX, 23. — Macedones terrentur fœditate vulnerum, Rom. armis illatorum, XXXI, 34.—eorum animos sibi conciliare studet Philippus, XXXII, 5. — Macedonum cum Romanis pugna ad Cynoscephalas, XXXIII, 7-10.—Macedonum interfectorum ossa legit Antiochus ad Cynoscephalas, XXXVI, 8. — offenduntur a Philippo, XL, 3. — Macedones inter et Romanos fortuna, non jussu imperatorum, commissum certamen, XLIV, 40.—vincuntur a Paullo Æmilio, 40-42. — belli finis, XLV, 9. — Macedonum regnum quomodo et per quos creverit? XLV, 9. — post mortem Alexandri in multa regna distractum, ibid. — reges Argis oriundi, XXVII, 30; XXXII, 22.—principes in Italiam ire jubentur, XLV, 32.—robur, quos Sarissophoros appellabant, in exercitu Antiochi, XXXVI, 18. — iis interdicta auri et argenti metalla, XLV, 29. — et connubia extra fines suos, ibid. — leges egregiæ ab Æmilio datæ, XLV, 32.

MACEDONICA phalanx, IX, 19; XIV, 28. — præda, XLV, 33, 39. — Macedonici exercitus lustratio, XL, 6. — Macedonicum mare, XLIV, 11. vallum; vid. Vallum.

MACELLA, urbs Siciliæ, deficit a Romanis, XXVI, 21.

MACELLUM Romæ incendio consumitur, XXVI, 27. — reficitur, XXVII, 11.

MACER; vid. Licinius.

MACERINUS; vid. Geganius.

MACHANIDAS, tyrannus Lacedæmoniorum, bello petit Achæos, XXVII, 29; XXVIII, 5.—Eleos, Olympiorum solemne ludicrum parantes, aggredi statuit, XXVIII, 7. — metu Philippi comprimitur, ibid.

MACHARES, Mithridatis filius, Bosphoranorum rex, legatos ad Lucullum mittit, ejusque amicitiam petit, XCVIII, 19, 20.—socius amicusque populi Romani appellatur, 24. — ad patrem legatos mittit, CI, 41.— pater incitat quosdam ad tollendum filium, 42. — Machares se interficit, ib.

MACRA Come, Thessaliotidis oppidum, XXXII, 13.

MACRA fl. dirimens Etruriam Liguriamque, hod. *Magra*, XXXIX, 32; XL, 41.

MACRI campi in Gallia Cisalpin. XLI, 18; XLV, 12.

MACRIS Cyclas, vulgo Learia, h. *Nicaria*, XXXVII, 13, 28, 29.

MADUATENI, Thraciæ populi, XXXVIII, 40.

MADYTUS ad oram Thraciæ in Chersoneso, XXXI, 16; XXXIII, 38.

MÆANDER, Phrygiæ et Ioniæ fl. h. *Meinder, Madre, Mindre*, XXXVII, 45, 56.—ejus amnis fontes Celænis oriuntur, XXXVIII, 13. — vado superari non potest, 12.

Mæcenas; videatur sup. Cilnius.

Mæcia tribus addita, viii, 17; xxix, 37.

P. Mæcilius, tribunus plebis, ii, 58.

Sp. Mæcilius absens quartum tribunus plebis creatur, iv, 48. — turbator vulgi, ibid.

Mædi, populi in Thracia, xxvi, 25; xxviii, 5.

Mædica, Thraciæ regio ad Nestum fl. xxvi, 25; xl, 21. — in Mædicam exercitum ducit Philippus, ib.

P. Mælius, tribunus militum consulari potestate creatur, v, 12.— iterum, 18.

Q. Mælius, tribun. plebis, ix, 8.

Sp. Mælius, ex equestri ordine, largitiones frumenti facere instituit in annonæ caritate, iv, 13. — de regno parando agitat, ib.—vocatur ad dictatorem Cincinnatum, 14.— ab Ahala Servilio magistro equitum occiditur, ibid. — factum defendit dictator, 15.—domus ejus diruitur, 16; vid. Æquimelium.

Mænium atrium, xxxix, 44.

Mænius, tribunus plebis, xi, 27.

C. Mænius, consul, vincit Aricinos Laviniosque, viii, 13.—triumphat, ibid. — statua equestris ei in foro posita, ibid. — quæstionum de conjuratis exercendarum causa dictator creatur, ix, 26.—ei minitatur accusationem nobilitas, ib. ix, 34. —ejus oratio, ix, 26. — abdicat se dictatura, et, reus factus, absolvitur, ibid.

C Mænius, prætor, xl, 35. — exercet quæstiones de veneficiis, ibid. 43.

L. Mænius, tribunus plebis, rogationem de unciario fenere fert, vii, 16.

M. Mænius, tribunus plebis, legis agrariæ lator, iv, 53. — impedit delectum a Valerio habitum, ibid.

M. Mænius, tribun. plebis, dedit se in seditione Manliana auctoritati Patrum, vi, 19. — diem dicit Manlio, 19, 20.

M. Mænius, tribunus militum, in pugna cum Magone Pœno cadit, xxx, 18.

P. Mænius, tribunus militum consulari potestate, v, 12.

Q. Mænius, prætor, sortitur jurisdictionem peregrinam, xliii, 4.

T. Mænius, prætor, xxxix, 6. — sortitur jurisdictionem inter cives, 8, 18.—tribunus militum, xl, 35.

Mæsia, silva, i, 33.

Magaba, Galatiæ mons, quem petunt Tectosagi Galli, xxxviii, 19.

Magalus, regulus Boiorum ad Hannibalem venit, xxi, 29.

Magister equitum primus Sp. Cassius, ii, 18. — primus de plebe, C. Licinius, vi, 39. — apud Epirotas, xxxii, 10. — Magistro equitum cum dictatore æquatum imperium, xxii, 25, 26. — sine magistro equitum dictator, xxiii, 22, 23.

Magister juventutis Faliscæ prodit pueros, v, 27. — cæditur virgis a pueris, ib. xlii, 47.

Magistri vicorum prætextati, xxxiv, 7, 1.—navium soli in hospitia deducendi, xliii, 8. — Cf. xxix, 25; xlv, 42.

Magistratus curulis, iv, 7.—quum sine magistratu curuli respublica esset, creatur interrex, ibid. — Cf. Curulis.—plebeius nullus auspicato creatur, vi, 41. — magnos decet esse minus diuturnos, iv, 24. — magistratus non creandus sine provocatione, iii, 55.—qui sine magistratu rem gessit, triumphare non potest, xxviii, 38.—L. tamen Lentulus, qui sine magistratu rem gesserat in Hispania, ovans Urbem ingreditur, xxxi, 20.—magistratum

endituri et depositurì jurabant in leges, xxix, 37, 9; xxxi, 50. — magistratum gesturi intra quintum diem in leges jurare debebant, xxxi, 50. — magistratus absentes creati, iv, 42, 1. — vitio creati, v, 17; vi, 5, 27; viii, 33. — duos curules unus nec capere potest, nec gerere, xxxix, 39. — eumdem intra decem annos non capiendum, plebiscitis cautum, vii, 42.—duo magistratus uno anno non gerendi, ib.—utrumque plebiscito et exemplis sublatum, xxvii, 6.—magistratum continuari non satis civile est, neque eum creari, qui comitia habeat, xxvii, 6. — magistratus et senatores pecuniam sponte conferunt ad supplementum classis, xxvi, 36.— magistratus minores Romæ circumire vigilias jussi, xxxii, 26; xxxix, 16. — magistratus cuncti circa omnia pulvinaria victimis majoribus sacrificant, prodigiorum procurandorum causa, xliii, 15. — non in jus vocandi, inpr. majores, xxiv, 43.— magistratuum Romanorum prisca modestia, xlii, 1. — avaritia et superbia, xliii, 2. — crudelitas, 4, 6, 7. — legitima ætas, xxv, 2, 4. — magistratuum libri, iv, 7, 20; xxxix, 52. — magistratibus ineundis solemnis dies; vid. Annus. — magistratibus in provincias aut legationis causa proficiscentibus decernebantur sumptus et res ad iter necessariæ, ne molesti essent provincialibus; a quibus tamen posteriori ævo plurima exigebant, xlii, 1, not. 5.

Magius, præfectus fabrum Pompeii, venit in potestatem Cæsaris, cix, 69.—remittitur ad Pompeium, ibid. 70.

Cn. Magius Atellanus, xxiv, 19.

Dec. Magii Campani constans erga Romanos fides, xxiii, 7.—vinctus in Hannibalis castra ducitur, 10. — navi Carthaginem missus, tempestate fertur Cyrenas, ibid.— confugiens ad statuam regis Ptolemæi liberatur, ib.—manere mavult in Ægypto, quam redire in Italiam, ibid.

L. Magius Mithridatem ad ineundum cum Sertorio fœdus incitat, xciii, 6. — hostis a senatu judicatur, ib. 7.—prodit Mithridatem, xciv, 7.

P. Magius Chilo occidit M. Marcellum, cxv, 32.

Magnesia, urbs Ioniæ aut Lydiæ ad Mæandrum, hodie *Mangresia, Gigelhissar, Guzel-Hizar, Gusel-Hissar,* dedit se Romanis, xxxvii, 45.

Magnesia, urbs ad Sipylum, in Lydia, hodie *Magnissa, Manachie*, xxxvi, 43; xxxvii, 10, 11, 37. — se dedit Romanis, xxxvii, 44. — Eumeni a Romanis tribuitur, 56.

Magnesia, pars Thessaliæ et pæninsula, a Pelio procurrens inter Onchestum fl. et Ossam, h. *Zagora,* xlii, 54; xliv, 11.

Magnetarches, summus Magnetum magistratus, xxxv, 31, 3. Cf. ibid. 39-43.

Magnetes in Thessalia pronuntiantur liberi, xxxiii, 32, 34. — eorum concilium Demetriade, xxxv, 31. — ad Magnetes legatorum Romanorum oratio, ib. — eos frustra tentat T. Quintius, 39. — Magnetes ad Sipylum resistunt Mithridati, lxxxi, 48.—Archelaum, fines suos vastantem, sauciant, urbemque suam fortiter defendunt, ibid.

Magni campi, locus Africæ propriæ, xxx, 8.

Magnopolis, urbs a Mithridate diruta, et a Pompeio, quod Romanos recepisset, refecta, et novo nomine donata, ciii, 21.

Mago, dux Pœnorum, cum clas-

se missus auxilio Romanis, XIII, 47. — speculatur consilia Pyrrhi, 48.

MAGO a Timoleonte ejicitur Syracusana urbe, XVI, 8.

MAGO, frater Hannibalis, XXI, 47. — prælio ad Trebiam in insidiis collocatur, 54. — in Cannensi pugna mediam aciem cum Hannibale tenet, XXII, 46. — res a fratre Hannibale gestas Carthaginiensibus exponit, XXIII, 11, 12. — annulos aureos, e digitis occisorum Romanorum detractos, in curiæ vestibulo effundi jubet, ib. — cum eo Hannonis disceptatio, 13. — mittitur in Hispaniam, 32. — vincitur ad Illiturgin a Romanis, 49. — mittitur ab Hasdrubale fratre ad conquisitionem militum, XXIV, 42. — Hasdrubali, Gisgonis filio, conjunctus, vincit P. Scipionem, XXV, 32, 34. — Hasdrubali fratri se jungit, 35. — ejus castra a Marcio capta, 39. — venit ex ulteriore Hispania cum Hasdrubale, Gisgonis filio, ad Hasdrubalem fratrem, XXVII, 20.—in fugam vertitur, XXVIII, 2. — delectum in Hispania cum Hasdrubale, Gisgonis filio, habet, et cum eo bellum instaurat, 12. — equestri prælio vincitur, 13. — it Gades, dissipaturque ejus exercitus, 16. — Gadibus ex fuga subsistit, 23. — jubetur a senatu Carthagin. classem, quam Gadibus haberet, in Italiam trajicere, 36. — a Gaditanis intra urbem non admittitur, 37. — ex minore Balearium insula in Italiam trajicit, 46. — capit Genuam, ibid. — Gallos et Ligures in concilium vocat, XXIX, 5. — vincitur a Romanis, XXX, 18.—femore transfixo vulneratur, ibid. — profugit in Liguriam, 19. — ex vulnere moritur, ibid.

MAGO, legatus Pœnorum ad Philippum, XXIII, 34.

MAGO, ex gente Barcina, cognatus Hannibalis, capitur, XXIII, 41.

MAGO, Pœnorum dux, Carthaginem novam tuetur, XXVI, 44.—se, arcem et præsidium Scipioni dedit, 46. — Romam mittitur cum quindecim captivis senatoribus, 51.

MAHARBAL, Himilconis filius, oppugnationi Sagunti præficitur ab Hannibale, proficiscente in Oretanos Carpetanosque, XXI, 12. — depopulatur sociorum populi Romani agros, 45. — persequitur Romanos a Trasimeno fugientes, XXII, 6.— præfectus equitum suadet Hannibali post cladem Romanorum ad Cannas, ut quam primum Romam petat, 51; XXIII, 18.

Majestas populi Rom. conservari jubetur in formulis fœderis, XXXVIII, 11, 3.

MALEA, promont. Laconicæ, h. *Capo S. Angelo* s. *Malio*, XXXI, 44, 47; XXXII, 16; XXXIV, 32; XXXVI, 42; XLII, 56.

MALEVENTUM, cui postea Beneventum nomen fuit, IX, 27; X, 15; XIV, 29. — quare Beneventum dictum? XV, 8.

MALIACUS sinus, hodie *Golfo di Zeiton*, inter Locros et Thessaliam, XXVII, 30; XXXI, 46; XXXII, 4, 32; XXXVI, 14.

MALICHUS, ex Judæorum principibus, centum talentis redimitur ab Hyrcano, CXXI, 10. — ab Herode trucidatur, 25.

MALIENSES in Hispania dedunt urbem suam Pompeio, LIV, 4.

MALIENSIS ager in Græcia, XLII, 40. Cf. XXXIII, 32, 6; XLI, 22, 4.

MALITIOSA silva in Sabinis, I, 30.

MALLEOLUS; vid. Poblicius.

Malleoli, ignita tela, XXXVIII, 6; XLII, 64.

CN. MALLIUS Maximus in petitione consulatus Q. Catulo præfertur,

LXVI, 55. — ejus et Q. Cæpionis discordia, LXVII, 1.—exercitus ejus deletur a Cimbris, 4, 5.

MALLOEA Perrhæbiæ, XXXI, 41; XXXVI, 13; XXXIX, 25.— vi capitur a Menippo, duce Antiochi, XXXVI, 10. — a Philippo, 13.—a Romanis, XLII, 67.

MALUGINENSIS; vid. Cornelius.

Malus in circo instabilis in signum Pollentiæ procidit, atque id dejicit, XXXIX, 7.—mali inclinantur in pugna navali, XXXVI, 44, 1.

MAMERCINUS; vid. Æmilius et Pinarius.

MAMERCUS Æmilius; vid. Æmilius.

MAMERTUM, oppidum Campaniæ aut Samnii aut Bruttiorum; unde

MAMERTINI, qui proditorie occupant Messanam, XII, 28,—vincuntur a Pyrrho, XIV, 16. — insidiis excipiunt Pyrrhum, 21, 22. — non exiguam Siciliæ partem tenent, XVI, 10. — mox amissis, quæ tenuerant, de ipsa urbe pugnant cum Hierone, ibid. — vincuntur ab eo, 16, 17. — eos eripit Hieroni Hannibalis dolus, 18.—iis est suspecta Pœnorum societas, 19. — arcessunt Romanos, ibid. — atque inde origo primi Punici belli, 20 et seqq.—eorum scelera, 31. — Mamertini in Sicilia Messanam occupasse memorantur, XXVIII, 28.

C. MAMILIUS Limetanus, tribun. plebis, rogationem fert de puniendis iis qui a Jugurtha corrupti fuissent, LXIV, 48.

C. MAMILIUS Vitulus, primus ex plebe curio maximus creatur, XXVII, 8. — prætor, XXVII, 35. — sortitur Siciliam, 36, 38. — legatus ad Philippum, XXX, 26. — pestilentia moritur, XLI, 21.

L. MAMILIUS, Tusculi dictator, auxilium fert Romanis, III, 18. — Romana civitate donatur, III, 29.

L. MAMILIUS Vitulus, cos. XV, 14.

OCT. MAMILIUS Tusculanus, ab Ulysse Deaque Circe oriundus, I, 49. — ei filiam nuptum dat Tarquinius Superbus, ibid. — ad eum exsulatum abit socer, II, 15.—concitat triginta populos adversus Rom. 18. — in pugna ad Regillum lacum vulneratur, 19.

Q. MAMILIUS Q. F. M. N. Vitulus, consul, XVI, 48. — ejus res gestæ, ibid. et seqq.

Q. MAMILIUS Turinus, ædilis plebis, XXVII, 36.—prætor creatur, XXVIII, 10.—sortitur jurisdictionem peregrinam, sed accipit Galliam, ibid.

MANASTABAL, Masinissæ filius, L, 18. — ei, ob Græcarum artium et justitiæ studium, a patre moriente judicia data, ib.—ejus filius Jugurtha, LXII, 2.

MANCÆUS, præfectus Tigranocertis, in ea urbe obsidetur a Sextilio, XCVIII, 35, 36. — ejus cum Græcis militibus discordia urbem Lucullo aperit, 51.

MANCINUS; vid. Hostilius.

MANDONIUS, XXII, 21. — frater Indibilis, Ilergetum reguli, XXVI, 49; XXVIII, 34. — ejus uxor capta flens ad pedes Scipionis procumbit obtestaturque, ut curam feminarum impensius custodibus commendaret, ibid. — Mandonius deficit ad Romanos, XXVII, 17. — ei conjux et liberi redduntur, ibid. — deficit et, concitatis popularibus, agros sociorum populi Romani depopulatur, XXVIII, 24. — magna pugna vincitur, 33.—petenti veniam ignoscit Scipio, 34. — deficit a Roman. sed comprehensus traditur ad supplicium, XXIX, 3.

MANDROPOLIS, oppid. Phrygiæ, XXXVIII, 15.

Manduria, Calabriæ oppidum in Sallentinis, hod. *Casalnuovo* vocatum, ad lacum qui dicitur hodie *Andoria*, a Q. Fabio consule vi capitur, xxvii, 15.

Manes, i, 20.—Manes Virginiæ, per tot domos ad petendas pœnas vagati, nullo relicto sonte tandem quieverunt, iii, 58, 12. — Manium placandorum ritus edocere debebat pontifex maximus, ib. — Diis Manibus Tellurique se devovet Decius, viii, 9.

Manicius prætor Prænestinus ex scriba, xxiii, 19. — statua ei Præneste in foro statuta, ibid.

C. Manilius, tribunus plebis, legem fert de libertinis, c, 1.—Pompeio Mithridaticum bellum mandat, 3. — apud Ciceronem postulatur, 7. — sed ejus judicium subito tumultu turbatur, 9.

L. Manilius, proconsul Galliæ Narbonensis, victus ab Hirtuleio quæstore Sertorii, pene solus fugit Ilerdam, xc, 29.

M'. Manilius P. F. P. N. consul, proficiscitur ad bellum Carthaginiensibus inferendum, xlix, 6. — oppugnat Carthaginem, 41.—contra Hasdrubalem proficiscitur, 49. — rem male gerit, 50, 51.

P. Manilius, cos. lxi, 49.

P. Manilius, legat. in Illyricum, xlv, 17.

Sex. Manilius in secessione militum cum M. Oppio summæ rerum præest, iii, 51.

Manipulus, i, 52; vii, 24.—leves vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat, viii, 8.

Manius, servus Barri, ab hero non præstitis promissis, patefacit incestum virginum vestalium, lxiii, 8.

Manliæ gentis decreto cautum, ne quis deinde M. Manlius vocetur, vi, 20.

Manliana imperia, iv, 29; viii, 7.

Manlianus saltus in Hispania, xl, 39.

Manlii Acidini, duo juvenes illustres, tribuni militum, xlii, 49.

Manlius Lentinus Ventiam capit, ciii, 37, 38.

A. Manlius (non C.) consul, ii, 54. — accusatur post consulatum, ib. — tribunus, ejus accusator, domi interficitur, ib.—legatus Athenas missus, legum causa, iii, 31. — decemvir creatur, 33.

A. Manlius, tribunus militum consulari potestate, iv, 61.—iterum, v, 8. — tertium, 16. — legatus auream crateram, donum Apollini, Delphos fert, 28.— a Liparensium piratis captus et dimissus, ib.

A. Manlius, tribunus militum, interficitur, xxvii, 27.

A. Manlius Capitolinus, tribun. militum consulari potestate, vi, 1. — iterum, 11. — tertium, 21. — quartum, 36. — frater M. Manlii Capitolini, cum eo vestem non mutat, 20.

A. Manlius Torquatus Atticus, censor, xix, 38. — consul, 49. — consul iterum, 62. — triumphat de Faliscis, 67.

A. Manlius Torquatus, prætor creatus, xlv, 14. — sortitur Sardiniam, sed in provinciam ire nequiit, exercendis judiciis ex senatusconsulto retentus, 16.

A. Manlius A. F. T. N. Torquatus, cos. xlvi, 13.

A. Manlius Vulso, consul, xl, 59. — male rem gerit adversus Istros, xli, 6, 7, 8, 10.

A. Manlius, vir prætorius, legatus Marii, lxvi, 8. — legatus ad Bocchum, 30.

C. Manlius, consul, ii, 54; vid. supra A. Manlius.

C. Manlius, tribunus militum

consulari potestate, VI, 30.— male rem gerit, ib.

C. MANLIUS, socius Catilinariæ conjurationis, arma capit, CII, 78. — a senatu hostis judicatur, 86. — occiditur in pugna, CIII, 7.

CN. MANLIUS, consul, II, 43. — in prælio occiditur, 47.

CN. MANLIUS, consul, VII, 12.— Tiburtes ad mœnia Romæ vincit, ibid. — secundum consul, 26.—adversus Faliscos proficiscitur, ib. — legem de vicesima manumissorum in castris fert, ibid. — interrex, 17. — censor, 22.—magister equitum, ibid. 28.

CN. MANLIUS Mancinus, tribun. plebis, petulantibus dictis proscindit Metellum, LXV, 53.

CN. MANLIUS, prætor adversus Spartacum, fugitivorum ducem, male pugnat, XCVI, 22.

CN. MANLIUS Vulso, ædilis curulis, XXXIII, 25.—creatur prætor, 42. — sortitur Siciliam provinciam, 43. — coloniæ deducendæ triumvir, XXXIV, 53; XXXV, 9. — cos. XXXVII, 47. — suscipit bellum adversus Gallogræcos, XXXVIII, 12. — ejus iter ab Epheso ad Tolistoboiorum fines, 12-15. — ejus ad milit. oratio, 17. — aggreditur Tolistoboios, Olympum montem insidentes, 20. — capit eorum castra, 23. — res ejus gestæ adversus Tectosagos et Trocmos, 24-27. — ad eum legationes Asiæ, 37. — it in Pamphyliam, ib. — fœdus facit cum Antiocho, 38. — res regum et urbium componit, 39. — trajicit in Thraciam, 40.—eum invadunt Thraces, et partem prædæ abigunt, ibid. — in Thessaliam traducit exercitum, et Apolloniæ hibernat, 41. — petit triumphum, 44. — legati ipsius contradicunt, ibid. et 45, 46. — se defendit, 47. — triumphus ei decernitur, 50. — de Gallis Asiaticis triumphat, XXXIX, 6. — petit censuram, 40.—luxuriam peregrinam ejusque instrumenta primus in Urbem invexit, XXXIX, 6.

L. MANLIUS Imperiosus, clavi figendi causa dictator dictus, VII, 3. —delectum habere conatur frustra, ib.— ob delectum acerbius habitum ei dies a M. Pomponio, tribun. plebis, dicta, 4. — ejus crudelitas in filium, et filii generosum factum, ibid. et 5. — Manlio remissa causæ dictio, ib.

L. MANLIUS, prætor, in Galliam mittitur, XXI, 17. — ejus exercitus cæditur a Boiis, 25. — Concordiæ ædem voverat, XXII, 33; XXIII, 21. — petit consulatum, XXII, 35.

L. MANLIUS, quod legatos Carthaginienses pulsasset, per fetiales traditur legatis, et avehitur Carthaginem, XXXVIII, 42.

L. MANLIUS, quæstor, XLV, 13.

L. MANLIUS Acidinus, prætor, XXVI, 23. — urbanus, XXVII, 4. — legatus trans mare missus, XXVII, 35. — præest exercitui ad Narniam, XXVII, 43, 50. — ei Hispania provincia traditur a Scipione, XXVIII, 38. — ejus in Hispania res gestæ, XXIX, 2, 3.—ei prorogatur imperium 13. — prohibetur a Tribuno plebis, M. Porcio Læca, ne ovans Urbem iniret, quum ab senatu impetrasset, XXXII, 7.

L. MANLIUS Acidinus, creatus prætor, sortitur Hispaniam citeriorem, XXXVIII, 35. — cum Celtiberis confligit, XXXIX, 21. — impetrat ovationem, 29.—legatus in Galliam Transalpinam, 54. — triumvir coloniæ Aquileiam deducendæ, 55 et XL, 34. — consul cum Q. Fulvio Flacco, fratre germano, XL, 43.

L. MANLIUS Capitolinus, tribun. militum consulari potestate, IV, 42.

L. Manlius Torquatus, legatus, x, 26.

L. Manlius Torquatus, pontifex, moritur, xxx, 39.

L. Manlius L. F. Torquatus, consul, ci, 23. — quum P. Sullam ambitus reum peregisset et damnasset, 21.

L. Manlius Torquatus, prætor, cum sex cohortibus discedit Alba, cix, 68. — Orici portas aperit Cæsari, cxi, 10.

L. Manlius A. F. P. N. Vulso Longus, consul, xviii, 1. — cum Regulo collega vincit pugna navali Carthaginienses, ib. 2-9. — trajicit in Africam, 11. — redit Romam cum classe ingenti præda onusta, et triumphat, 13.

L. Manlius Vulso, præt. xxxii, 27. — sortitur Siciliam, 28.— consulis Cn. Manlii frater, xxxviii, 20.

M. Manlius, tribunus militum consulari potestate, iv, 44.

M. Manlius, cui Capitolino fuit cognomen, creatur consul, v, 31. — facit ludos magnos, ibid. — ingreditur Urbem ovans, ib.—servat arcem Romanam, 47. — interrex, vi, 5.— pravæ ejus adversus Patres molitiones, 11. — seditionem movet, 14, 15.—mittitur in carcerem, 16. — e carcere quare eductus? 17. — ejus seditio renovatur, 18. — advocata domum plebe, invehitur in Patres, et de regno incipit agere, ibid. — tribuni plebis sese adversus eum jungunt senatui, 19.—ei dies dicitur, 20. — ejus defensio, ib. — damnatus, de saxo Tarpeio dejicitur, ib. — ei mortuo adjectæ notæ, ibid.

P. Manlius, tribunus militum consulari potestate, vi, 30.—ei sine sorte, extra ordinem, Volsci provincia data, ib. — male rem gerit, ib. — creatur dictator, 38.

Sinus Adriaticus, x, 2. — Ænianum, xxviii, 5.—Ambracius, xxxii, 14; xxxviii, 4. — Bargylieticus, xxxvii, 17. — Corinthiacus, xxvi, 26; xxviii, 7; xxxviii, 7, — Demetriacus, xxviii, 5.—Euboicus, xxxi, 47. — Gallicus, xxvi, 19; xxx, 19; xxxiv, 8; xl, 26.—Maliacus, xxvii, 30; xxxi, 46; xxxv, 37; xxxvi, 11, 14. — Pamphylius, xxxvii, 23. —Telmessicus, xxxvii, 16. — Thesprotius, viii, 24.

Sipontum, s. Sipuntum et Sipus, urbs Apuliæ, ex cujus ruinis crevit hod. *Manfredonia*, capta ab Alexandro Epirensi, viii, 24. — Sipontum colonia civium Romanorum deducta, xxxiv, 45; xxxix, 23.

Sipylus mons et opp. Lydiæ seu Phrygiæ, hod. *Cusinas*, xxxvi, 43; xxxvii, 11.

Sipyrrhicas Ætolus, xxxi, 46.

Siræ (s. Sirrha), oppidum terræ Odomanticæ in Thracia, xlv, 4.

L. Sisenna, legatus Pompeii, bello Piratico, xcix, 31.

Sitella ad sortiendum, xxv, 3; xli, 18.

P. Sitii, s. Sicii, Nucerini fortuna, cii, 37. — cum Bogude invadit Numidiam, cxiv, 14. — cædit equites Scipionis, 63. — occidit Afranium aliosque, ibid. — capit naves Scipionis, 65.

Sitianorum colonia, olim Cirta, cxiv, 65.

Sitones populi, eorumque sedes, civ, 21.

Smyrna, opp. Ioniæ, h. *Ismyr, Ismir*, xxxvii, 35. — usurpat libertatem, xxxiii, 38. — obsidetur ab Antiochi copiis, ib. et xxxv, 42.

Smyrnæi, xxxvii, 16.—laudati a senatu Romano, 54. — donantur agro, xxxviii, 39.—deficiunt a Mithridate, lxxxii, 47.

Socii Romanorum, sine duce aut exercitu Romano, propriis viribus bellum gerere non sinuntur, ii, 53; viii, 4.—Latini nominis, xxi, 55; xxii, 38. — alii generis Italici, xxii, 13. —quot pedites equitesque dederint, iii, 22; viii, 8; x, 18, 26; xxii, 36, 4; xxxiii, 43; xxxiv, 56; xxxv, 20, 41; xxxvii, 2; xxxviii, 35; xxxix, 20; xl, 1, 18, 26, 36; xli, 5, 9, 14, 21; xlii, 1, 31, 35; xliii, 12; xxiv, 21. — ex formula, xxii, 57, 10.—nec tamen omnes socii omni anno milites dabant, xxxiv, 56, 2.—capti ab Hannibale sine pretio dimittuntur, xxii, 7, 58. — quomodo differant ab amicis Rom. xlv, 25, 7. — magnos sumptus faciunt in cultum præto-

rum Rom. xxxii, 27.—et ab iis magistratus Rom. magnam exigunt pecuniam ad ludos et opera publica, xxxix, 5, 22; xl, 44, 7. — sociis civitas Rom. data, si, stirpe domi relicta, Romæ habitarent, xli, 8, 9. —sociis olim a magistratibus Rom. iter facientibus non nisi singula imperabantur jumenta; plura et publicum hospitium primus postulavit L. Postumius Albinus consul, xlii, 1. — sociis Romanorum in bello Hannibalis constat fides, quia justo et moderato regebantur imperio, xxii, 13.—Sociorum dura conditio, xxii, 13, 9.—eorum defectio et sociale bellum; vid. Italici. — Socii navales, ix, 38, 1; xxi, 49.— ex libertinis conscripti, ix, 38, 1; xxxvi, 2; xl, 18; xlii, 27, 31. — privata impensa parati, xxiv, 11. — copiis terrestribus additi, xxvi, 17; conf. et xxvii, 17.

Socrates, cognomento Chrestos, a Mithridate deducitur in regnum Bithyniæ, lxxiv, 10.—regno expulsus, occiditur a Mithridate, 13.

Sol ruber per totum diem; vid. Prodigium.—Solis eclipsis, xxxvii, 4. — Soli aram consecrat Philippus in monte Hæmo, xl, 22.

Solenne Pani Lyceo ab Evandro institutum, i, 5.—Fidei a Numa, i, 21, 2.

Soli, Ciliciæ urbs, xxxiii, 20; xxxvii, 56.

Soliferrea, tela bellica, xxxiv, 14, 5.

Solistimum tripudium (auspicium faustum e pullis), x, 40, 4.

Solon, præfectus præsidio Pydnæ, xliv, 45.

Solonis leges a legatis Romanorum descriptæ, iii, 31.

Solonius ager in Latio apud Lavinium, viii, 12. — in eum excursionem faciunt Antiates, ibid.

Solovettius, dux Gallorum, xlv, 34. — eum Rom. alloquuntur, ib.

Solstitium Veteribus media tantum æstas dicebatur, xxxv, 49, 4; xliv, 36.

Solstitialis orbis, i, 19.

Solstitiale tempus, xxxv, 49.

Somnium Ti. Atinii, ii, 36.—Hannibalis, xxi, 22.

Sopater Syracusis prætor creatur, xxiv, 23. — ejus oratio de Andranodori et Themisti cæde, 25.

Sopater, dux Philippi regis, secum quatuor millia militum in Africam trajicit, xxx, 26. — eum captum a Romanis sibi restitui petunt legati Philippi, 42.

Sopater Acarnan, præfectus Chalcidis, interficitur, xxxi, 23.

Sopater, dux Persei, prælio interficitur a Romanis, xlii, 66.

Sophenorum tota natio se dedit Romanis, xcviii, 64.

Sophonisba, uxor Syphacis, filia Hasdrubalis, xxx, 12. — ejus ad Masinissam oratio, ibid. — nubit Masinissæ, ibid. — venenum, sibi a Masinissa missum, haurit intrepide, 15.

Sora, opp. Volscorum Arpino proximum, ad Lirim fl. h. *Sora*, colonia, ix, 23; x, 1. — capitur a Romanis, vii, 28. — interfectis Romanorum colonis, deficit ad Samnites, ix, 23. — obsidetur a Romanis, 24.—capitur, ibid.—expugnatur a Samnitibus, 43. — recipitur, 44.—montibus scopulisque munita, ix, 24. — de Sora, quod milites pecuniamque Romanis negarat, SCtum, xxix, 15.

Soranus; vid. Q. Valerius.

Soranus ager, x, 14, 33.

Sordidati rei et eorum cognati esse solent, vi, 20; xxvii, 34; vid. et xliv, 19.

Soror fraterque tori et regni

consortes in Oriente, XXVII, 4, 6.

Sororium tigillum, I, 26.

Sors a magistratibus in templo conjicienda erat in sitellam, XLI, 18. — Sortes Cære extenuatæ, XXI, 62; XXII, 1. — oraculi Pythici, V, 15. — Dodonæi Jovis, VIII, 24.

Sortitio consulibus præcipitur sine comparatione, XLII, 4, 1.

SOSICRATES, princeps Achaici concilii, supplicio a rebellionis auctoribus afficitur, LII, 10.

SOSIGENES Ægyptius a Cæsare adhibitus ad corrigendos fastos, CXV, 29, 31.

SOSILAUS, XXXIV, 30.

SOSIS et Theodotus, interfecto Hieronymo, regiis equis Syracusas contendunt, XXIV, 21. — eos alloquitur Andranodorus, 22. — Sosis, unus ex interfectoribus tyranni, mittitur a Marcello ad Philodamum, præfectum arcis Euryali, XXV, 25.

SOSIS, faber ærarius, Syracusas Marcello tradit, XXVI, 21, 30. — cum corona aurea præcedit in triumpho Marcelli, et, donatus civitate Romana, accipit quinquaginta jugera in agro Syracusano, XXVI, 21.

SOSISTRATUS, obtinente Syracusanam insulam Thœnione, ipse in cætera urbe tyrannidem agit, XIII, 49. — Pyrrho tradit Syracusas, XIV, 9. — et triginta alia quibus imperabat oppida, ib. — male habitus a Pyrrho effugit ad Pœnos ejus hostes, 19.

SOSITHEUS Magnes, legatus Philippi, XXIII, 39.

C. SOSIUS in Ventidii locum præficitur Ciliciæ et Syriæ, CXXVIII, 27. — Hierosolymam obsidet et capit, 31, 32. — Antigonum, sese ad pedes ejus abjicientem, vinclis onerat, 34. — Judæa pacata triumphat, CXXXI, 49. — consul multa cum laude Antonii Cæsarem arguit, CXXXII, 1. — ad Antonium proficiscitur, 2.

Sospita Juno; vid. Juno.

SOTIMUS, minister ex regiis Alexandri Epirensis pueris, VIII, 24.

SOTHIMUS, Thracum rex, a C. Sentio superatus domum reverti cogitur, LXXVI, 53.

Spadones regum, XXXV, 15.

SPARTA (v. Lacedæmon) oppugnatur corona a T. Quintio, XXXIV, 38-40. — Sparta quondam sine muro, XXXIV, 38; XXXIX, 37. — Spartæ tyranni addiderant murum, XXXIV, 38. — ejus muri diruti, XXXVIII, 34.

SPARTANA disciplina dura et horrida, XXXVIII, 17. — respublica, XXXIV, 31, 6.

SPARTANORUM cum Achæis controversia, LI, 29.

SPARTACUS, Thrax, a fugitivis dux creatur, XCV, 2. — cædit Cl. Pulcrum, 3. — auget copias, 4. — vincit P. Varinium prætorem, 5. — interficit Cossinium, 6. — multis præliis vincit Varinium, 7, 8. — ejus astus, ibid. — Spartacus eximius imperator, 10. — ingenti clade vincit coss. Romanos, XCVI, 3. — de Urbe invadenda deliberat, 4. — Manlium et Cassium vincit, 22. — adversus eum mittitur M. Crassus prætor, 39. — Mummium Crassi legatum Spartacus vincit, 39, 40. — a Crasso victus in Siciliam trajicere conatur, 41, 42. — circumvallatur, 43. — erumpit, 44. — tentat conditiones, XCVII, 9. — extrema ejus pugna, mors, et fugitivorum clades, 10, 11.

Sparti ad rem nauticam usus, et copia ingens in Hispania, XXII, 20, 5.

Sparus, agreste telum, XXXIV, 15, 2.

Spectacula sibi Patres equitesque faciunt, alta duodenos pedes : fori appellabantur, I, 35.

Spectrum per quietem utrique consuli visum, VIII, 6. — Spectra cur humanam figuram caprina miscere ament, LXXXIV, 25.

Specula in Tisæo monte posita, XXVIII, 5.

Speculator Pœnus, Romæ deprehensus, præcisis manibus dimissus, XXII, 33. — Atheniensis, XXXI, 24. —convivii male exceptus, XL, 7.— speculatores, IX, 23.—Hannibalis, excepti a custodibus Romanis, jubentur a Scipione visere omnia, XXX, 29.—dimittuntur a Scipione, ibid.

Specus in foro ; vid. Vorago.

SPEI templum, II, 51 ; XXIV, 47. —reficitur, XXV, 7. — ædes ad Tiberim, XL, 51. — in foro olitorio, XXI, 62.— ædes fulmine icta; vid. Prodigium.

SPELÆUM, prope Pellam locus, XLV, 33.

Spelunca in Umbria, in qua ad duo millia armatorum absumpta fumo et vapore, X, I; vid. et CXXXIV, 3.

SPERCHIÆ, s. Sperchia et Sperchea, opp. Thessaliotidis, XXXII, 13.

SPERCHIUS Thessaliæ fl. XXXVI, 14; XXXVII, 4.

Spicæ metentibus visæ cruentæ; vid. Prodigium.

Sphingis imago gemmis, quibus uti solebat in signando Cæsar Octavianus, insculpta, CXXXIII, 21.

SPINTHER ; vid. P. Cornelius Lentulus.

SPOLETIUM s. Spoletum opp. Umbriæ, h. *Spoleto*, colonia deducta, XX, 2. — frustra tentat Hannibal, XXII, 9; XXIV, 10; XLV, 43.

SPOLETANI a Romanis laudati, XXVII, 10.

Spolia opima quæ dicantur, IV, 20.—Jovi Feretrio a Romulo lata, I, 10. — in æde Jovis Feretrii, prope Romuli spolia, ab A. Cornelio Cosso, tribuno militum, dono fixa, IV, 20, 32. — a Marcello, post Romulum et Cossum tertio et ultimo, XX, 56; vid. et CXXXIV, 5. — Spolia equestria, VIII, 7.—spolia cæsorum hostium lecta, V, 36, 39; XXVII, 42. —in templis fixa, IV, 20, 32 ; X, 2, 11; XXII, 57; XXIII, 14; XXIV, 21. —foribus ædium affixa, X, 7 ; XXIII, 23; XXXVIII, 43. — Vulcano cremata, I, 37. — dono data Hieroni, XXIV, 21.—dicata Marti, Minervæ, Luæque Matri, et succensa, VIII, 1; XLV, 33. — Jovi Victori vota, X, 29.—vetera hostium templis porticibusque detracta armando militi, XXII, 57; XXIII, 14. — Spoliorum simulacra, ex mille pondo argenti facta, Delphos mittuntur, XXVIII, 45; vid. Præda.

Spongia (thoracis genus, ab spongiæ similitudine ita appellatum) pectori tegumentum, IX, 40.

Sponsionis fœderisque discrimen, IX, 5.

M. SPURIUS, socius conspirationis contra Cæsarem, CXVI, 42.

STABIÆ expugnantur et delentur a Sulla, LXXIV, 39.

Stadium quot passus contineat, XXXVII, 6, 2.

Stagnum effusum Mincio amni, cruentum visum; vid. Prodigium.

STAIUS MINACIUS, dux Samnitium, X, 20. — eum captum ad consulem Romanum rapiunt, ibid.

Stans cibum potumque capere jussus miles ignominiæ caussa, XXIV, 16.—Stantes sententiam dicunt senatores quidam, XXVII, 34.

Statarius miles, IX, 19.

STATIANUS ; vid. Oppius.

STATIELLAS ager in Liguria ad

Aquas Statiellas opp. h. *Acqui* in ducatu *Montferrato*, XLII, 7.

STATIELLI seu Statiellates Ligures vincuntur a Romanis, XLII, 7. — venduntur a consule, sed a senatu jubentur redimi, 8. — cæduntur iterum ab M. Popillio, 21. — de iis rogatio, ibid. — in eorum gratiam SCtum, 22.

MARIUS Statilius; vid. Marius.

T. STATILIUS T. F. Taurus, pacata Africa triumphat, CXXXI, 49.— iterum consul, CXXXV, 4.—præficitur Urbi, CXXXVI, 50.

Stationes etiam nocturnæ, x, 32; XXV, 38.—stationum ratio mutata a Paullo Æmilio, XLIV, 33.

STATIRA, soror Mithridatis, mortem a fratre indictam gratanter accipit, XCVII, 43-45.

STATIUS Trebius pollicetur se traditurum Compsam urbem Hannibali, XXIII, 1.

STATIUS Gellius, imperator Samnitium, in prælio capitur a Romanis, IX, 44.

STATIUS Metius, præfectus præsidii Casilini, XXIV, 19.

STATIUS; vid. Staius.

T. STATIUS, tribunus plebis, diem dicit Sp. Servilio, II, 52.

STATIUS Samnis a triumviris proscriptus occiditur, CXX 87.

L. STATIUS Murcus, legatus Cæsaris, CXI, 14.—bellum infert Cæcilio Basso, CXXI, 4.—copias tradit C. Cassio, 9. — Murco datur præfectura classis, 11. — vincit prælio navali Dolabellam, 21. — et Rhodios, CXXII, 18.—insulam, Brundusino portui oppositam, capit, 51. — impedit Antonium copias transmittentem, 52. — devicto Bruto ad Sex. Pompeium se confert, CXXV, 37-43. — ejus cædes, CXXVII, 36.

STATOR Jupiter; vid. Jupiter.

STATORIUS ad Syphacem, Numidarum regem, a Scipionibus mittitur legatus, XXIV, 48. — ex juventute regi pedites conscribit, et ad morem Romanorum ordinat et instruit, ib. et XXX, 28.

Statua Accio Navio Romæ posita, I, 36.—Æmilii Lepidi, CXVII, 35.—Antiochi in Minervæ Itoniæ templo, XXXVI, 20. — Antonii, CXVII, 32. — L. Bruti, CXVI, 9. — M. Bruti ænea Athenis, CXVIII, 2.—item Mediolani, CXXXVI, 2.—Cæsaris, CXVI, 9; CXVII, 31. — Camilli et Mænii, consulum, in foro, VIII, 13. — Cassii ærea Athenis, CXVIII, 2. — Clœliæ in Sacra via, II, 13. — Horatii Coclitis in Comitio, II, 10. — Juventii Laterensis, CXIX, 51. — Manicii, Prænestinorum Præfecti, loricata, XXIII, 19.—Marcii, consulis, in foro ante templum Castoris, IX, 43.—Octaviano Cæsari decreta, CXVII, 59; CXXXIII, 75. — Philippi, regis Macedonum, XXXI, 23, 44.—Pompeii, CXVI, 4.—Ptolemæi, XXIII, 10.—Sullæ, CXVI, 4. — Statua aurata omnium in Italia prima Glabrioni posita, XL, 34.—Statuæ publice in Rostris positæ legatis Romanis, a Fidenatibus occisis, IV, 17. — item legatis a Teuta Illyriorum regina occisis, XX, 26. — item Cn. Octavio a Syris interfecto, XLVI, 29. — Statuæ tres in monimento Scipionum, XXXVIII, 56.—equestres in foro positæ, Camillo et aliis, rara illa ætate res, VIII, 13; IX, 43. — Statuæ circa forum sublatæ, exceptis quæ Senatus decreto aut populi jussu positæ essent, XLVII, 3. — Statuas auratas omnes ab Dio in classem congerit Perseus, XLIV, 6. — quas deinde Metellus Romam transtulit, LII, 22.

Stellæ cadentes, XXIX, 14, 2.

STELLATES campi, in Campania, IX, 44; X, 31; XXII, 13.

STELLATINA tribus nova, VI, 5.

Stena Græcis, fauces Latinis, XXXII, 5.

STENIUS Ninnius Celer, hospes Hannibalis Capuæ, XXIII, 8.

C. STERTINIUS creatur prætor, et sortitur Sardiniam, XXXVIII, 35.

L. STERTINIUS, proconsul, in Hispaniam mittitur, XXXI, 50. — rediens quinquaginta millia pondo argenti in ærarium fert, et de manubiis duos fornices facit, XXXIII, 27.—legatus, 35.

L. STERTINIUS, quæstor, cum muneribus mittitur ad Misagenem, Masinissæ filium, XLV, 14.

STHENII Thermitani constantia et in patriam amor a Pompeio honoratur, LXXXIX, 6, 7.

Stigmatiæ servi fides in herum, CXX, 76.

STIMON, Thessaliæ opp. se dedit, XXXII, 14.

STIMULA dea, XXIX, 12, 4.

Stipendium de publico quando miles primum acceperit, IV, 59.— quando eques, V, 7.—et is triplex, ut centurio duplex, V, 12; VII, 41; XXXIX, 7, 2. — ad diem dandum, XXIII, 21, 1. — annuum, et trium mensium frumentum accipit exercitus Romanus a Samnitibus, mercedem induciarum, VIII, 2. — ab hoste in militem exigitur, VIII, 36; IX, 41, 43.—ab auguribus pontificibusque exigitur, XXXIII, 42.—peditum in diem duo oboli, centurionum quatuor, equitum sex, XXXIX, 7, 2.— impositum Carthaginiensibus, XX, 6; XXI, 1. — Stipendia legitima et emerita, III, 57, 5.

Stips in honorem deorum ludorumque faciendorum caussa collata, V, 25, 3.

STOBI Pæoniæ, XXXIII, 19; XLV, 29.—Stobos exercitum indicit Philippus, XL, 21.—haud procul Stobis novam urbem Perseida condit Philippus, XXXIX, 53.

STOENI, Ligurum Inalpinorum natio, LXII, 6. — petuntur bello a Rom. ibid.—eorum feritas, ibid.

Stomachace et Scelotyrbe pestes Romanum exercitum infestant, CXXXV, 23.

Stragulæ, vestis pretiosæ, usus quando primum Romæ cœperit, XXXIX, 6.

Stratagema Æmilii consulis, XII, 20.—Hannibalis, XXI, 27; XXII, 16, 17.—Catuli, LXVIII, 53.—Ap. Claudii, XVI, 33.—P. Clodii, XIX, 21.— Cornelii Scipionis, XVII, 21. — P. Cornelii Rufini, XIV, 6, 7. — Gallorum, XXIII, 24. — L. Metelli ad comprehendendos speculatores, et illiciendum Hannibalem in loca iniqua, XVIII, 51. — Philemeni proditoris, XXV, 9. — Polyxenidæ, XXXVII, 28. — M. Porcii Catonis, XXXIV, 12, 13.—T. Quintii consulis, II, 64.—C. Sulpicii Dictatoris, VII, 14. — Stratii, XLIII, 22.

STRATIUS, medicus, speculaturus, quæ ab Attalo agerentur, ab Eumene mittitur Romam, XLV, 19. —sapientibus monitis pravas Attali spes castigat, ibid.

STRATO Ægeates Brutum interficit, CXXIV, 29.

STRATONICA, patre pauperculo nata, Mithridatis uxor, CII, 3, 4. — castellum Symphoriutichos tradit Pompeio, salutem Xipharis filii pacta, 6.

STRATONICEA, urbs Cariæ, XXXIII, 18.—datur Rhodiis, 30; XLVI, 10.

STRATONICENSIS ager a Pisistrato occupatur, XXXIII, 18.

STRATONIDAS Thebis perfugit Tanagram, XXXIII, 28.

STRATUS, opp. Acarnaniæ Ætolorum subjecta imperio, XXXVI, 11; XXXVIII, 4; XLIII, 21, 22, 23.

STRYMO, fluvius Thraciam a Macedonia dirimens, hod. *Marmora*, XLIV, 44, 45; XLV, 29.

STUBERA, opp. Maced. XXXI, 39; XLIII, 18, 20.

STUBERÆUS, XL, 24.

Studium pravum in certaminibus ludicris, XLII, 63.

Stupra in Bacchanalibus per vim illata, adhibito cymbalorum et tympanorum pulsu, ne vox quiritantis exaudiri possit, XXXIX, 10.—virorum inter sese plura, quam feminarum, XXXIX, 13.—Stupri damnatæ matronæ mulctantur pecunia; vid. Matrona.

STYMPHALIS in Epiro vel Maced. XLV, 30.

STYMPHALUS, s. Stymphalum et Stymphalis Arcadiæ mons (h. *Monte Poglisi*), fluvius, opp. et palus: unde

STYMPHALIA terra, XXXIII, 14.

Submovetur populus a viatoribus jussu tribunorum pl. II, 56; III, 14; XXV, 3.—a lictoribus, III, 48; IV, 50; VIII, 33; XXVI, 38; XXVIII, 27; XXXV, 7. — submovere pro imperio non potest, II, 56.

SUBOTA, insula interjecta Elææ et Atho, in mari Ægæo, XLIV, 28.

SUBURA, regio urbis Romæ frequentissima, III, 13, 2.

Subcenturio Romanus vincit Latinum centurionem, VIII, 8.

SUCRO Hispaniæ Tarrac. opp. (h. *Alcira*) et fluvius (h. *Xucar*, s. *Jucar*), XXVIII, 4.

SUDERTANUM forum, XXVI, 23. (Sudertum Etruriæ opp.)

Sudibus et saxis et omni genere telorum summoventur a vallo hostium Romani, XXXIV, 15.

SUESSA Pometia, urbs Volscorum, I, 41; II, 16, 17, 22; VIII, 15, 1.—vi capitur a Tarquinio Superbo, I, 53.

SUESSA Aurunca, opp. Campaniæ ad Lirim fl. h. *Sezza*, s. *Sessa*, VIII, 15, 1. — eo colonia deducta, IX, 28. — negat consulibus milites et pecuniam, XXVII, 9. — de hac re SCtum, XXIX, 15.

SUESSANI, VII, 38. Cf. Aurunci.

SUESSETANI, Hispaniæ Tarrac. populus, XXV, 34. — deficiunt ad Romanos, XXXIV, 20.—iis opem ferunt in expugnando Lacetanorum oppido, ib.—in Suessetanis A. Terentius oppidum Corbionem expugnat, XXXIX, 42. — Suessetanum agrum depopulatur Mandonius, XXVIII, 24.

SUESSULA, opp. Campaniæ, hod. *Castel di Sessola*, VII, 37; XXIII, 14, 17, 32; XXIV, 44, 46; XXV, 7, 22; XXVI, 9; XXVIII, 9.

SUESSULANIS civitas sine suffragio data, VIII, 14.

SUETONII error, CXXXVII, 6.

SUEVORUM veterum sedes descriptæ, CIV, 15.

SUEVOS debellat Drusus, CXL, 2.

Sufetes, summus apud Pœnos magistratus, XXVIII, 37, 3; XXX, 7; XXXIV, 61.

Suffragia quomodo Romæ lata, I, 43; X, 13, 21; XXIV, 7, 9; XXV, 2, 3.—confusa, XXVI, 18—mutata a Lepido et Fulvio censoribus, regionatimque generibus hominum tribus descripta, XL, 51. — suffragii lationem impartiri, populi erat, non senatus, XXXVIII, 36. — latio per censores adimi non potest injussu populi, XLV, 15.

Suggestum in foro Romano adornatum, rostris navium Antiatum, VIII, 14.

SUISMONTIUM, mons Liguriæ, XXXIX, 2; XL, 41.

SULCI, opp. Sardiniæ, XXII, 1, 9.

SULCITANIS imperat pecuniam Cæsar, CXIV, 66.

Sulla cognomen unde ortum, xxv, 12, 12; vid. Cornelius.

Sulmo, opp. Pelignorum, hod. *Sulmona,* xxvi, 11. — patria Nasonis, lxxii, 37.

Sulmo, vetus Latii oppidum, a Sulla diruitur, lxxxviii, 35.

Sulpicia, gravis femina, socrus consulis Postumii, xxxix, 11, 12 et 13.

Sulpicia, mulier castissima, dedicat simulacrum Veneris Verticordiæ, lxiii, 18.

C. Sulpicius, legatus, *qui idem videtur esse, ac C. Sulpicius Peticus de quo infra vid.*, vincit Hernicos, vii, 7.

C. Sulpicius prætor creatur, et sortitur Siciliam, xxv, 41.

C. Sulpicius, tribunus plebis, xliii, 14.

C. Sulpicius Camerinus censor creatur, vi, 27.—abdicat se magistratu, ibid.

C. Sulpicius Galba, pontifex, xxx, 39.—moritur, xxxii, 7.

C. Sulpicius Galba, pontifex, xli, 21.

C. Sulpicius Galba creatur prætor, xlii, 28. —sortitur jurisdictionem urbanam, 31.

C. Sulpicius Gallus, nuntius victoriæ et forte tribunus militum, xl, 28.—nominatur patronus ab Hispanis, xliii, 2.—creatur prætor, 11. — delectum habet, 14, 15.—sortitur jurisdictionem urbanam, ib.—ab eo et collega M. Claudio consul accipit legiones, 15, 16. — idem Gallus, tribunus militum secundæ legionis, prædicit eclipsin Lunæ, xliv, 37.—præest castris Æmilii Paulli, xlv, 27.—creatur consul, 44.—ejus legatio in Græciam et Asiam insolenter acta, xlvi, 20.

C. Sulpicius Longus, consul, viii, 15. — iterum 37. — tertium, ix, 24.—Samnites vincit, 27.—dictator, ix, 29, 3.

C. Sulpicius Peticus, consul, vii, 2 (vid. C. Sulpicius legatus). —iterum consul, 9.—ducit exercitum in Hernicos, et Ferentinum urbem capit, ib.—dictator dictus, 12.—trahit bellum, ægre id ferentibus militibus, ib.—Sex. Tullii ad eum oratio, 13.—ejus stratagema, 14.—vincit Gallos et triumphat, 15.—auri ex Gallicis spoliis magnum pondus, saxo quadrato septum, in Capitolio sacrat, ib. — creatur interrex et tertium consul, 17, 18. —quartum, 19.—iterum interrex, et quintum consul, 22.

C. Sulpicius Q. F. Q. N. Paterculus, cos. xvii, 22. — in Africam navigat, 26.—vincit Hannibalem et triumphat, 27.

C. Supicius Ser. Galba, primus post Romam conditam sacerdos publico damnatus judicio, lxiv, 51.

L. Sulpicius, tribunus militum, xl, 27.

P. Sulpicius, interrex, x, 11.

P. Sulpicius Galba, Servii filius, qui nullum antea curulem magistratum gesserat, consul creatur, xxv, 41.—magistratum init, xxvi, 1.—Apuliam provinciam obtinet, 22. —in Macedoniam mittitur, ib.—ei imperium prorogatum, 28.—etiam anno sequenti, xxvii, 7, 10. — iterum anno sequenti, 22.—ejus res gestæ, 31, 32, 33.—ejus res gestæ anno sequenti, xxviii, 5-7. — ei succedit P. Sempronius, xxix, 12. —creatur dictator, xxx, 24.—iterum consul, xxxi, 4.—de bello adversus Philippum refert ad senatum, 5.—ei evenit Macedonia provincia, 6.—rogationem promulgat de bello Macedonico, ib. — ejus oratio, 7.—consulit fetiales de bel-

lo, Philippo regi indicendo, 8.—ei permissum, ut de exercitu, quem P. Scipio ex Africa deportasset, voluntarios, quos posset, duceret, ib.—paludatus cum lictoribus proficiscitur in Macedoniam, 14.—circa Apolloniam hibernat, 22, 27.—ejus res gestæ, 33-40.—legatus additur T. Quintio, XXXII, 28.—legatus in decem ad res Macedoniæ et Græciæ componendas, XXXIII, 24.—legatus mittitur ad Antiochum, XXXIV, 59.—venit ad Eumenem, XXXV, 13, 14.—ejus cum Minione colloquium, 16.

P. Sulpicius Galba, candidatus consulatus, CII, 32.

P. Sulpicius P. F. Quirinus, cos. CXXXVI, 72.

P. Sulpicius Saverrio consul creatur, IX, 45.—ob res bene adversus Æquos gestas triumphat, ib.—censor, X, 9.

P. Sulpicius Saverrio, cos. ejusque collega, castra prope Asculum ponunt, XIII, 36.

P. Sulpicius Rufus, celebris orator, C. Norbanum reum facit majestatis, LXX, 28.—tribunus plebis Sullæ provinciam adimit, et Mario decernit, LXXVII, 1, 2.—ejus importunitas, 5.—libertinis vendit civitatem, 6.—reduci postulat exsules, 7.—ingentem excitat seditionem, 11, 12.—a Sulla victus, a senatu judicatur hostis, 23-28.—occiditur, ib.—servus, qui eum prodiderat, manumissus, et statim de saxo præcipitatus est, ibid.

Q. Sulpicius, legatus dictatoris A. Postumii, IV, 27.

Q. Sulpicius Camerinus, tribunus militum cons. pot. V, 8.—iterum, 14.

Q. Sulpicius Longus, tribunus mil. cons. pot. V, 36, 47.—paciscitur cum Brenno, 48.

Ser. Sulpicius, consul, nihil dignum memoria agit, II, 19.

Ser. Sulpicius, curio maximus, moritur, III, 7.

Ser. Sulpicius, consul, III, 10.—legatus mittitur Athenas legum caussa, 31.—decemvir, 33.—legatus ad exercitum qui Aventinum insederat, 50.—legatus præest equitibus, 70.

Ser. Sulpicius Camerinus consul creatur, V, 29.—tribunus mil. cons. pot. 32.—adversus Salpinates proficiscitur, ibid.—creatur interrex, VI, 5.

Ser. Sulpicius Camerinus consul, VII, 28.

Ser. Sulpicius Galba, ædilis curulis, XXVII, 21.—ad Attalum legatus mittitur, XXIX, 11.—pontifex, XXX, 26.—moritur, XXXII, 7.

Ser. Sulpicius Galba, ædilis curulis, XXXVIII, 35.—prætor, sortitur jurisdictionem urbanam, 42; XXXIX, 5.—candidatus consulatus, 32.

Ser. Sulpicius Galba, forte idem tribunus militum secundæ legionis, adversatur Æmilii Paulli triumpho, XLV, 35, 36.

Ser. Sulpicius Galba, prætor, rem male gerit adversus Lusitanos, XLVIII, 24.—ejus in Lusitanos perfidia, 29.—incertum avarior an crudelior, 30.—accusatur subscriptore Catone, XLIX, 56.—mira arte absolutionem invenit, 57.—ejus tres orationes, 58.—creatur cos. LIII, 1.—in provinciam non mittitur, dicto notatus ab Africano, 3.—ejus eloquentia, LV, 4.

Ser. Sulpicius Galba, consul, LXV, 29.

Ser. Sulpicius Galba, a Lucanis captus, unius mulieris opera evadit, LXXII, 25.

Ser. Sulpicius Pelignos acie fun-

dit, LXXIII, 33.—et Picentes, LXXIV, I, 2.—Marrucinos vincit, LXXVI, I.—cædit Pompædium cum ejus exercitu, 6.

SER. SULPICIUS Galba, legatus Pontinii, rem gerit adversus Allobroges, CIII, 39.—prætor, CVI, II.

SER. SULPICIUS Galba, legatus Cæsaris, vincit Alpinas gentes, CIV, 64, 65.—socius consilii ad interficiendum Cæsarem initi, CXVI, 41.—cum Pansa Mutinam proficiscitur, CXIX, 7.—in prælio pellit Antonianos loco, 10.

SER. SULPICIUS Rufus, tribunus mil. cons. pot. VI, 4.—iterum, 18.—tertium, 21.

SER. SULPICIUS Rufus L. Murænam, a quo in petitione consulatus superatus erat, ambitus accusat, CII, 88.—petit consulatum, CVIII, 10.—designatur, II.—favet Cæsari, 32.—victo Pompeio Cæsaris clementiam Athenis exspectat, CXII, 6.—legatus ad Antonium a senatu missus in itinere moritur, CXVIII, 13.

SER. SULPICIUS, tribunus militum cons. pot. VI, 22.—iterum, 32.—recipit Tusculum, 33.—duxerat majorem M. Fabii Ambusti filiam, 34.—tribunus mil. cons. pot. tertium, 36.—quartum, 38.

SUMMANI ædes, XXXII, 29.

SUNIUM, h. *Capo Colonni*, prom. Atticæ, XXVIII, 8; XXXI, 22; XXXII, 17.

Suovetaurilia, I, 44.—Suovetaurilibus piaculum, VIII, 10.

SUPERBUS cur dictus Tarquinius, I, 49.

Superstitio externa repressa, IV, 30; vid. Religio.

Supplicare coronati et lauream in manu tenentes, jubentur omnes duodecim annis majores, XL, 37.

Supplicationes ad omnia delubra, III, 7.—duorum consulum nomine in unum diem, III, 63.—supplicatio per unum diem Æsculapio habita, X, 7.—Marti habita a militibus laureatis, XII, 6.—belli Carthaginiensis caussa, XXI, 17; XXII, 10.—per triduum ad omnia pulvinaria, XXII, I.—Fortunæ in Algido, XXI, 62.—ad ædem Herculis, ib.—Supplicationes omnibus Diis, quorum pulvinaria Romæ sunt, indicatæ, XXIV, 10.—ad omnia delubra, III, 7, 4; XXIV, 10.—circa vel ad omnia pulvinaria, V, 13, 5; XXI, 62; XXII, I; XXIV, 10; XXV, 7; XXVII, 4, II; XXX, 21; XXXI, 9; XXXII, I; XXXIV, 55; XLV, 2.—in unum diem, III, 63; XXVII, 7, 37; XL, 19, 28; XLI, 26.—per compita, tota Urbe, XXVII, 23; XXXVIII, 36.—in biduum, XL, 37.—in triduum celebratæ a viris feminisque, XXVII, 51; XXXIV, 21, 24; XXXVIII, 36, 44.—in quatriduum, V, 23; XXIX, 14; XXX, I, 17; XXXII, 31.—per quinque dies, XXX, 21; XXXIII, 24.—in triduum ob victum Hannibalem, XXX, 40.—ob bellum Philippo decretum, XXXI, 8, 9.—ob victoriam de Gallis reportatam, XXXI, 22.—ob eamdem victoriam bis decretæ, XXVII, 51; XXVIII, 9.—prodigiorum averruncandorum caussa, X, 23; XXXII, I, 9; XXXV, 21; XXXIX, 56; XL, 2.—indictæ a decemviris, aut ex eorum responso et decreto a senatu, XXXIX, 46, 4.—decretæ a senatu et edictæ a consulibus, XLV, 3, I.—ob res bene gestas, X, 21; XXXII, 31; XXXIII, 24; XXXIV, 21, 42; XXXVI, 21.—ob terræ motus, XXXIV, 55.—in triduum in omnibus compitis, XXXVIII, 36.—pro valetudine populi in triduum, XXXVIII, 44.—circa omnia pulvinaria in diem unum, XL, 19, 28.—ob devictum

Perseum, XLV, 2.—et Gentium, 3. — in dies duodecim, ob victum a Pompeio Mithridatem, CII, 47.— in dies quindecim, ob res a Cæsare in Gallia gestas, CIV, 63.—dierum sexaginta, CXIX, 30. — Supplicationibus ordo statutus, VII, 28.

Supplicum insignia Infulæ s. Vittæ, et Velamenta, Rami oleæ, Vestis sordida, II, 39; II, 54, 6; XXIV, 30; XXV, 25; XXIX, 16; XXX, 36; XXXI, 17; XXXV, 34; XXXVI, 20; XXXVII, 28; XLIV, 19; XLV, 25.

P. SURA, legatus, XXII, 31; vid. et Cornelius Lentulus.

SURENAS, dux Parthici exercitus adversus Crassum, CVI, 27, 37, 39. — simulat se colloqui velle cum Crasso, 51.—decipit Crassum, 53. —ejus dignitas et opes, 54, 55.— cum Crasso congreditur, et Crassus interficitur, 56, 57.

SURENTINI populi deficiunt ad Pœnos, XXII, 61.

SURUS, Æduorum dux, equestri prælio capitur a Labieno, CVIII, 27.

Sus mansueta variis condimentis adsimilata ferinæ carni, XXXV, 49.

SUSUS Phalasarneus, dux Cretensium in exercitu Persei, XLII, 51.

SUTHUL, oppidum Numidiæ, LXIV, 42.

SUTRINI, socii Rom. VI, 3.

SUTRINUS ager, XXVI, 34.

SUTRIUM, opp. Etruriæ, hod. *Sutri*, obsidetur et capitur a Tuscis, VI, 3.—recipitur a Camillo, ib.— obsidetur ab Etruscis, 9.—liberatur, ib.—Sutrium, claustrum Etruriæ, ab Etruscis oppugnatum, IX, 32, 36; X, 14. — negat consulibus milites et pecuniam, XXVII, 9. — de hac re SCtum, XXIX, 15.

SYBARIS, opp. Lucaniæ inter fluvios Crathin et Sybarim, h. *Crate* et *Cochille*, XXVI, 39.—Cf. Thuriæ.

SYCURIUM, Thessaliæ urbs sub radicibus Ossæ, XLII, 54, 56, 57, 62, 64.

SYLEUM, s. Sileum, opp. Pamphiliæ aut Phrygiæ maj. XXXVIII, 14.

SYLLUS Gnossius, dux Cretensium in exercitu Persei, XLII, 51.

Sylva Arsia, II, 7.—Ciminia, IX, 36.—Litana, XXIII, 24; XXXIV, 22. —Mæsia, I, 33.—Malitiosa, I, 30. —Pieria, XLIV, 43.

SYLVANUS ex sylva Arsia ingentem vocem noctis silentio edidisse creditur, II, 7.

SYLVIUS, Ascanii filius, secundus Albæ rex, I, 3.—casu quodam in sylvis natus, ibid.

SYLVIUS Æneas, tertius Albæ rex, I, 3.

SYLVIUS Latinus, quartus Albæ rex, I, 3.

SYLVIUS Romulus, fulmine ictus, I, 3.

SYLVIUS, cognomen omnium Albanorum regum, I, 3.

SYMPHORIUTICHOS castellum a Stratonice Pompeio traditum, CII, 3, 6.

SYNNADA, s. Synnas, opp. mediterran. Phrygiæ maj. XXXVIII, 15; XLV, 34.

Synedri, Macedonum senatores, XLV, 32.

SYPHAX, rex Numidarum, a Scipionibus appetitus, jungit amicitiam cum Romanis, XXIV, 48.—vincitur a Masinissa, 49.—in Maurusios fugit, ib.—ejus ad Romanos legati, prospera cum Carthaginiensibus prælia memorantes, XXVII, 4.—ad eum vicissim senatus legatos mittit, ib.—ad eum Scipio navigat, XXVIII, 17.—eodem tecto recipit Scipionem et Hasdrubalem, 18.—cum eo fœdus icit Scipio, ib.—ducit Hasdrubalis filiam, XXIX, 23.—Scipioni amicitiam renuntiat, ib.—ejus adversus Masinissam bellum, 29-33. — in

ejus castra ignes conjiciunt Scipio et Masinissa, xxx, 5.—Syphax adversus Masinissam et Lælium copias educit, 11.—capitur, ib.—in castra Romana adducitur, 13.—ejus oratio ad Scipionem, ib.—a Lælio in Italiam abducitur, 17.—Tibure moritur, et publico funere effertur, 45.

SYPHEUM, opp. Bruttiorum, deficit a Pœnis ad Romanos, xxx, 19.

SYRACUSÆ, caput Siciliæ, h. *Siracusa* s. *Siragosa*, XIII, 50; XXIV, 21.—Syracusas obsident Carthaginienses, XIII, 50.—urbem occupat Pyrrhus, Thœnione et Sosistrato tradentibus, XIV, 3. — *de bellis Pœnorum cum Syracusanis* vid. et XVI, 8.—Syracusarum rex Hiero, 9.—Syracusæ a coss. Rom. obsessæ, 44; vid. Hiero et Hieronymus. — turbarum plenæ post mortem Hieronymi, XXIV, 21-27. — pacem cum Romanis decretam turbant, 28-32. — sub dominationem Hippocratis et Epicydis cadunt, 32.—terra marique oppugnantur a Marcello, 33.—Archimede defendente, 34.—oppugnatione absistunt Romani, et obsidendo arcent commeatus, ib.—Syracusæ captæ, XXV, 23-31.—Syracusarum spolia Romam devecta, 40.—partes IV, vel V, et portus duo, XXIV, 21, 3.—origo, XXV, 29, 4.—bella prospere gesta cum Atheniensibus ac Pœnis, XXV, 24, 29.

SYRACUSANI in fidem clientelamque Marcelli urbem suam tradunt, XXV, 29; XXVI, 32.

SYRIA; vid. Antiochus, Demetrius, Seleucus. Syriæ regnum occupatur a Tigrane, LXX, 65. — *de turbis in Syria* vid. XLVI, 24; L, 12; LXIII, 32. — in provinciæ formam redigitur, CII, 30. — Syriæ reges quatuor intra triennium occisi, LXX, 63. — eorum intricata historia, 64.

SYRI haud paullo mancipiorum melius, quam militum, genus, XXXV, 49. — leves et servituti nati, XXXVI, 17.—Gallis stipendium pendere, XXXVIII, 16.

SYRTIS minor in mari mediterr. ad oram Africæ propr. et Byzacium, h. *Golfo di Capes* (ut major h. *Golfo di Sidra*), XXIX, 33; XXXIV, 62.

T.

TABÆ, Lydiæ seu Phrygiæ magnæ opp. in finibus Pisidarum, XXXVIII, 13.

Tabellæ et literæ laureatæ, XLV, 1.—publicæ, IV, 8, 4; XLIII, 16.

Tabellarius, XLIV, 44; XLV, 1.

Tabernæ Romæ a Tarquinio Prisco rege factæ, I, 35; III, 27, 3. — Tabernæ in gravi periculo claudi jussæ, III, 27, 3; IV, 31; XXIII, 25. —in luctu, IX, 7; XXXIII, 25. — in pace apertæ, VI, 25; XXIII, 25. — Tabernæ argentariæ fori Romani venduntur ab Hannibale, castra ad Urbem habente, XXVI, 11.—Tabernæ septem in foro Romano incendio hauriuntur, XXVI, 27. — reficiuntur, XXVII, 11. — omnes cum magni pretii mercibus conflagraverunt, XXXV, 40. — quatuor in publicum emptæ, XXXIX, 44. — circa forum piscatorium in privatum venditæ, XL, 51. — foro circumdatæ, XLI, 27.—Tabernæ et laniенæ conjunctæ, in publicum emptæ, XLIV, 16. — Tabernæ Novæ, loci nomen Romæ, III, 48; XXVI, 27. — veteres, XLIV, 16.

Tabernaculum parum recte captum, IV, 7. — male capti vitium, XLVI, 27, 28. — Tabernaculorum festum accurata religione

celebrabatur a Judæis, LVII, 41.

Tabernacula in foro statuta, XXXIX, 46. — Philippi in tumulo posita, XXXII, 5.—tabernacula, muli et omnia alia instrumenta militaria, magistratibus in provincias ituris subministrata de publico, XLII, 1. — tabernacula militaremque supellectilem, qualem consuli præberi mos est, Masinissæ donant Romani, XXX, 17.

Tabula Aristidis Liberum patrem exhibens, ludentibus aleam militibus alvei vicem præstat, LII, 18. — Tabulas in Italiam portandas conducentibus edictum a Mummio, si eas perdidissent, novas esse redditurος, 57. — templo affixa voti index, XL, 52.—victoriæ index in æde Matris Matutæ, XLI, 28. — priscæ artis, inventæ Eretriæ, XXXII, 16.— Ambracia avectæ, XXXVIII, 9. — Tabulis pictis fanum Æsculapii exornatum, XLIII, 4. — Tabula a T. Quintio dictatore in Capitolio sub signo Jovis Imperatoris fixa, VI, 29. — Tabulæ pictæ prælatæ in triumpho M. Curii, XIV, 34.

Tabulæ decem a decemviris latæ, III, 34.—duæ prioribus decem additæ, 37.—duodecim, in æs incisæ, in publico propositæ, 57.—Tabulæ publicæ, IV, 8, 4; XXXI, 36; XLIII, 16.—novæ, XXXII, 38; CII, 48; CXI, 19; CXIII, 28.

Tabularium, XLIII, 16.

Tabulatorum quinque turris, vid. XXVIII, 6.

TABULIUS ager; vid. Trientius.

TACITUS arguitur, CIV, 20.

TAGUS, Lusitaniæ fl. hod. *Taio* s. *Teio*, XXI, 5; XXVII, 19; XXXV, 22; XXXIX, 30.

TALABRICA, urbs Hisp. in deditionem venit, LV, 32.

TALABRICENSES oratores ad Brutum mittunt, LV, 33. — is acriter instigatos in fidem recipit, ib. 34.

Talassio, vox nuptialis, I, 9.

Talentum Atticum, XXXVIII, 24 in pr.—XXXIV, 50, 2. — ponderum Rom. octoginta, XXXVIII, 38.—Euboicum, XXXVII, 45; XXXVIII, 9.— Talenta argenti ducenta Philippo pollicentur Carthaginienses, ut in Siciliam aut Italiam cum exercitu trajiciat, XXIX, 4. — Talenta ducenta, semestre stipendium, Cotyi appensa a Perseo, XLII, 67.—quinquaginta in ripa exponit Perseus, militi diripienda, XLIV, 45.

TAMIANI in Africa, inter auxilia Rhodiorum, XXXIII, 18.

TANAGRA, opp. Bœotiæ, XXXIII, 28; XXXV, 51.

TANAIS, fluvius qui Asiam ab Europa dirimit, h. *Don*: sed. leg. *Halys*, XXXVIII, 38, 2.

TANAQUIL, femina summo loco nata, nubit Lucumoni, I, 34.—cælestium prodigiorum perita, ibid. —Tarquinium ad educandum summa cura Servium excitat, 39.—interfecto Tarquinio, eumdem Servium, ad capessendam rerum curam hortatur, 41, 47.

TANETUM, vicus Galliæ Cispad. inter Parmam et Mutinam, hod. *Tanedo*, XXI, 25, 26; XXX, 19.

TANGINUS, dux latronum, fugatur a Q. Pompeio, LIV, 4.

L. TANTASIUS, eques Rom. interficitur a Catilina, LXXXVIII, 30.

TANUSIÆ, T. Tinii uxoris, fides in virum, CXX, 44.

TARCONDIMOTUS, Ciliciæ rex, auxilium fert Antonio, CXXXII, 17.

TARENTUS, s. Tarentum, Calabriæ urbs, h. *Taranto*, XII, 22; XXIV, 13.—Tarentum venit Pyrrhus, XII, 22. — proditur Romanis, XIV, 45, 46. — a Tarentis condita et a Partheniis occupata, XXV, 9, 10.—proditur Hannibali, XXV, 8, 9. — op-

pugnatur et capitur a Fabio Maximo, XXVII, 15.

TARENTINA arx firmatur præsidio misso a Pyrrho, XII, 19. — et oppugnatur ab Hannibale, XXV, 11. — Tarentinæ arci provident Romani, 15.

TARENTINI, VIII, 27. — male et serviliter tractati a Pyrrho, XXIII, 7. — eorum indignatio in Romanos, VIII, 27. — concitant Lucanos, ibid. — eorum superba legatio, IX, 14. — ridetur a consulibus Romanis, ad pugnam se parantibus, ibid. — involvunt se bello Romano, XII, 7. — circumveniunt et deprimunt Romanorum naves, ib. — inferunt Thurinis bellum, ibid. — legati ad Tarentinos missi ludibrio habentur, 8. — eorum annalibus celebrantur nomina scurrarum, principum ignorantur, ib. — increpantur a Postumio leg. ib. — petuntur bello a Rom. 9. — Pyrrhum arcessunt, 11-15. — cæduntur a Romanis, 16. — Pyrrhus corrigit mores Tarentinorum, 23. — est gravis Tarentinis, eorumque querelæ, 24, 25. — ægre ferunt a Pyrrho præsidium in urbe sua relinqui, XIII, 50. — Tarentini belli finis, XIV, 40, 44, 45. — puniuntur, XV, 1. — defecere ad Pœnos bello Hannibalico, XXII, 61. — Tarentini legati ad Hannibalem, XXIV, 13. — eorum obsides apud Romanos, quum fugissent ab Urbe, retracti de saxo dejiciuntur, XXV, 7. — Tarentinorum defectio, 8 sq. — eorum classis cædit et mergit classem Romanorum, XXVI, 39. — Tarentini cæduntur a C. Persio, ib. — pacem petunt a Romanis cum libertate ac legibus suis, XXVII, 21, 25.

TARENTINI equites, XXXV, 28, 29.

TARENTINUS ager, XXVII, 40.

TARENTINUS portus, XXIII, 33.

SP. TARPEIUS præest arci Romanæ, I, 11. — ejus filia, a Tito Tatio, Sabinorum rege, auro corrupta, accipit armatos Sabinos in arcem, ibid.

SP. TARPEIO, consuli, ut magistratu abiit, dies dicta, III, 31. — legatus mittitur ad exercitum Aventinum insidentem, 50. — creatur tribunus plebis, 65.

TARPEIA rupes, VII, 10.

TARPEIUM saxum; vid. Saxum.

TARPEIUS mons, I, 55.

TARQUINII, urbs Etruriæ, hod. *Tarquinia*, vicus Patrimonii Petri, I, 34; XXVI, 2; XXVII, 4.

TARQUINIENSES ad Tarquinium Superbum in regni possessionem restituendum arma capiunt, II, 6. — pugna inter eos et Romanos, ib. — domum abeunt, 7. — bellum inferunt Romanis, V, 16. — populantur agrum Romanorum, VII, 12. — cædunt Romanos, et trecentos septem milites Romanorum captos immolant, 15. — sacerdotes eorum, anguibus prælatis, furiali incessu Romanos terrent, VII, 17. — vincuntur, ibid. — in eos, quod milites Romanos immolassent, sævitum, 19. — inducias quadraginta annorum impetrant, 22. — pollicentur Scipioni lintea in vela, XXVIII, 45.

TARQUINIENSIS ager, VI, 4.

L. TARQUINII Prisci genus et nomen, I, 34. — institutus tutor liberis regis, ibid. — ambit regnum, 35. — eligitur, ibid. — centum in Patres legit, ibid. — bellum gerit cum Latinis, ibid. — Circo maximo designat locum, ibid. — muro lapideo Urbem circumdare parat, 36. — Sabinis infert bellum eosque fundit, 36, 37. — bellum facit Latinis, 38. — multa eorum oppida capit, ibid. — ejus opera, ibid. — occiditur, 40.

L. TARQUINIUS regnum affectat,

I, 46.—Tarquinii Prisci filium plures edidere auctores, ib.—instinctu conjugis regnum invadit, 47. — quare Superbi nomen illi inditum, 49. — Patrum primores interficit, ibid.—circumsepit corpus armatis, ibid. — primus morem consulendi senatum solvit, ibid.—Latinos sibi conciliat, ibid. — Octavio Mamilio Tusculano filiam nuptum dat, ibid. — in eum invehitur Turnus Herdonius, 50.—opprimit Herdonium, 51. — ejus ad Latinos oratio, cum quibus fœdus renovat, 52. — Volscis bellum infert, eorumque urbem Suessam Pometiam vi capit, 53. — Gabios fraude capit, ib. et 54.—pacem facit cum Æquis, et cum Tuscis fœdus renovat, 55.—ædificat Jovis Capitolini ædem, ibid. — alia ejus opera, ibid.—Ardeam obsidet, 57. — pellitur Roma, 60. — regnavit annos quinque et viginti, ibid. — bellum molitur, II, 6. — primo a Veientibus et Tarquiniensibus adjutus, ib.—deinde a Porsena, 9. — relictus ab eodem, exsulatum abit Tusculum, 15.—pugnans ad Regillum lacum vulneratur, 19.—moritur Cumis, 21.

Auruns Tarquinius, Superbi filius, Delphos missus portenti caussa, I, 56.—cum L. Junio Bruto pugnat, utriusque exitio, II, 6.

Sex. Tarquinius, Superbi filius minimus, I, 53. — Gabios prodit patri, 53, 54. — Lucretiæ vim infert, 58.—Gabios exsul profectus, interficitur, 60.

T. Tarquinius, Superbi filius, I, 56. — pugnat ad Regillum lacum, II, 19, 20.

Aruns Tarquinius, Superbi frater, mitis ingenii juvenis, clam ab uxore tollitur, I, 46.

L. Tarquinius Collatinus, Egerii filius, Lucretiam suam laudat, I, 57; vid. Lucretia. —creatur consul, 60. — abdicato consulatu, in exsilium abit, II, 2.

Tarquiniorum nominis odium apud Romanos, II, 2. — Tarquiniorum bona repetunt legati, 4. — eorum bona diripiuntur, aut consecrantur, 5.

L. Tarquitius, patriciæ gentis, magister equitum, III, 27.

Tarquitius Priscus, sub Sertorio militans, XCI, 17.

Tarracina, seu Anxur (vid. supra Anxur), IV, 59; XXII, 15; XXVII, 4; XXVIII, 11; XL, 45. — colonia, cui negatur vacatio rei navalis, XXXVI, 3.

Tarracinæ flumen, XXIV, 44.

Tarraco, opp. Hispaniæ Tarrac. ab eo sic dictæ, hodie *Tarragona* in ora Cataloniæ, XXI, 61; XXVI, 17; XL, 40.

Tarraconis portus, XXII, 22.

Tarraconensis conventus, vid. XXVI, 19.

Tarsensium clades, CXXI, 26.— immunes pronuntiantur ab Antonio, CXXVI, 6.

Tarsus, Ciliciæ caput, favet Dolabellæ, CXXI, 12.

Tartessus, ins. et opp. Hispaniæ Bæt. inter duo Bætis ostia (cf. Carteia); unde Tartessii, Hispaniæ populi, XXIII, 26.

Tatius; vid. Titus Tatius.

Taulantiis populis in Illyrico Maced. immunitas data, XLV, 26.

Taurasini campi, XIV, 29.

Taurasinorum ager in Samnio, XL, 38.

Taurea; vid. Jubellius.

Taurilia ludi, per biduum facti religionis caussa, XXXIX, 22.

Taurini in hod. *Pedemontio*, quorum caput fuit Augusta Taurinorum, h. *Turino*, V, 34; XXI, 38, 39. — Taurinorum urbem, caput

hujus gentis, expugnat Hannibal, xxi, 39.

Taurinus saltus, v, 34.

Tauromenii pop. xvi, 16. — iidem qui Taurominitani, xiv, 2.

Tauromenium a Rupilio obsidetur et capitur, lix, 24, 25.

Tauropolos Diana, xliv, 44.

Taurus, jugum ingens montium percurrens Asiam ad Indiam usque, xxxv, 13.—omni cis Taurum montem possessione Asiæ cedere Antiochus jubetur, xxxvii, 35, 54, 55; xxxviii, 38.

Taurus, Asiæ minoris fluvius, xxxviii, 15.

Taxiles, Mithridatis prætor, lxxxi, 50; vid. et lxxxii, 1. — arcesssit Archelaum, 3. — et cum eo a Sulla vincitur ad Chæroneam, 16, 17.

Taygetus, h. *Monte di Maina*, mons Laconicæ, xxxiv, 28.

Teanenses Apuli veniunt in deditionem, ix, 20.

Teanum Apulum, h. *Civita in Capitanata* ad Frentonem fl. viii, 15, 1; xxiii, 24.

Teanum Sidicinum in Campania, h. *Teano*, viii, 15, 1; xxii, 57; xxiii, 24. Cf. Sidicini.

Teates Apuli fœdus impetrant a Romanis, ix, 20.

Tecmon, Epiri opp. xlv, 26.

Tectosagi (vid. Gallogræci) sortiuntur et occupant mediterranea Asiæ, xxxviii, 16. — iis Romani bellum inferunt, ibid. — eosque vincunt, 24 sqq. — fabula de auro Delphico a Tectosagis Tolosam translato, lxvi, 41.

Sex. Tedius, senator, lecticæ suæ impositum trucidati Clodii cadaver deportat Romam, cvii, 20.

Tegea, opp. Arcadiæ, h. *Moklia*, xxxiv, 26; xxxv, 27; xxxviii, 34. — Tegeæ theatrum magnificum e marmore facere instituit Antiochus Epiphanes, xli, 20.

Tegulæ marmoreæ ex æde Junonis Laciniæ detractæ, mox jussu senatus relatæ, xlii, 3.

Teii; vid. Teus.

Telamon, Etruriæ portus; vid. lxxix, 27.

Telecles Tegeates, legatus Achæorum, xlvii, 27.

Telesia, opp. Samnii, h. *Telese*, capitur ab Hannibale, xxii, 13. — a Romanis, xxiv, 20.

Tellene, s. Tellenæ, urbs Latii, ab Anco Marcio capta, i, 33.

Telmessicus, s. Telmessicus sinus, xxxvii, 17.

Telmissium castra, xxxvii, 56.

Telmissus, s. Telmessus, Telmisus et Telmissum, opp. in finibus Cariæ et Lyciæ situm, xxxvii, 56; xxxviii, 39.

Telonii fluminis utramque ripam obtinet Rutilius, lxxiii, 29.

Telum, i, 25. — super telum se devovens stat consul P. Decius, viii, 9. — Telo, super quod stans consul precatus est, hostem potiri fas non est, 10. — Telorum nubes, xxxviii, 26.

Tellus Dea, x, 28; xv, 10. — ejus ædes, ii, 41.

Sex. Tempanius, decurio equitum, jubet equites ex equis desilire, qui pugnam restituunt, iv, 38. — a C. Junio tribuno interrogatur de Sempronio consule, 40. — ejus prudens responsio, 41. — absens creatur tribunus plebis, 42. — cum eodem Sempronio se vestem mutaturum profitetur, ibid.

Temenis porta Tarenti, xxv, 9.

Tempe Thessalica ad Peneum fl. inter Olympum et Ossam, xxxii, 15; xxxiii, 10, 13, 35; xxxvi, 10; xxxix, 24; xlii, 54.—ejus loci descriptio, xliv, 6.

Tempestas fœda prohibet castrorum hostilium oppugnationem, II, 62.—prohibet oppugnationem urbis Romæ, XXVI, 11. — obruit Bastarnas, XL, 58. — atrox multis sacris profanisque locis stragem facit, XL, 2.—prætorum comitia dirimit, XL, 59.

Templum primum a Romulo Jovi Feretrio dedicatum, I, 10.—Æsculapii, XI, 12, 13; XLV, 28. — Apollinis, XXXV, 51. — Apollinis Zerynthii, XXXVIII, 41. — Bellonæ, X, 19. — Bendidium, XXXVIII, 41. — Castoris, IX, 43. — Cereris, XXXI, 14; XL, 2.—Concordiæ, IX, 45.—Dianæ, I, 45; XXXI, 17; XXXVI, 22; XL, 52; XLV, 27. — Feroniæ, XXVI, 11. — Fortunæ, XXIV, 47; XLII, 1.—Fortunæ hujusce diei, LXVIII, 78. — Fortunæ muliebris, II, 40.—Herculis, XXVI, 10; XXXI, 24. — Honoris et Virtutis, XXVII, 25; LXVIII, 78. — Jani, I, 19; XVII, 27.—Jovis Acræi, XXXVIII, 2.—Jovis Capitolini, I, 38, 55; XLI, 21.—Jovis Feretrii, I, 10; IV, 32. — in illud spolia opima illata, ib.—Nicæi, XLIII, 21.—Jovis Olympii, XXIV, 21; XLI, 21.—Jovis Statoris, I, 12; X, 36, 37. — Jovis Trophonii, XLV, 27. — Jovis Vicilini, XXIV, 44. — Junonis Laciniæ, XXIII, 23; XXIV, 3; XXVIIII, 46; XXX, 20; XLII, 3. — Reginæ, XL, 52. —Junonis Sospitæ, XXXI, 12. — Juventatis, CXXXVI, 50.—Matutæ Matris, V, 19, 23; VI, 33; XXIV, 47.— Minervæ, VII, 3. — æreum, XXXV, 36.—Minervæ Itoniæ, XXXVI, 20.— Nortiæ, Etruscæ Deæ, VII, 3.—Pudicitiæ, X, 23.—Quirini, CXXXVI, 47. —Spei, II, 51; XXIV, 47.—Veneris Genetricis, CXV, 19.

Templum nemo dedicare potest, nisi consul aut imperator, IX, 46. —Templum Hierosolymitanum oppugnatur a Pompeii legato Pisone, CII, 62—capitur, 64. — nullum simulacrum in templo, 66.—capitur ab Herode et Sosio, CXXVIII, 33.

Templa vovere, definire, terminare, condere, effari, consecrare, inaugurare, dedicare, exaugurare, I, 55, 3. — locare, V, 23, 6. — exigere et tueri sarta tecta, VI, 4, 4. — templa suis crinibus matres in luctu et metu verrebant, III, 7; XXVI, 9.—Diis in ipso discrimine vovendi mos, X, 42. — Deum, quæ Athenienses pagatim habebant, dirui atque incendi jubet Philippus, XXXI, 26. — Græcis erant asyla, XXXV, 51. — Templa duo in orbe sanctissima, Delphis et Samothraciæ, XLV, 5.

Templorum dona recognoscuntur et persignantur a Triumviris, XXV, 7. — Templis insignibus etiam aliqua miracula affinguntur, XXIV, 3; XXIX, 8, 18. — Deum, Alba diruta, temperatum, I, 29. — Templorum ornamenta ex SC. conflantur, LXXXVI, 2.

TEMPSA, s. Temsa et Temesa in Bruttiis, XXXIV, 45.—Tempsam colonia civium Romanorum deducta, ibid.

TEMPSARUM ager de Bruttiis captus, XXXIV, 45.

Temporum diversa indoles notatur, III, 20, 6.

TEMPYRA, opp. Thraciæ, hod. *Impara*, XXXVIII, 41.

TENCHTERI, CVII, 12.—domantur a Druso, CXXXVII, 9.—Tenchterorum sedes, CIV, 10.

TENDEBA, locus in agro Stratonicensi, XXXIII, 18.

TENEDUS ins. Ægæi maris non longe a Troade, h. *Bokischa-Adassi*, XXXI, 16; XLIV, 28.

Tensæ ductæ, V, 41; IX, 41.

Tentorium suum cuique militi domus ac penates sunt, XLIV, 39.—

sine tentoriis extra vallum destitutæ cohortes, quæ signa amiserant, x, 4.

